CATONIANA

FRAGMENTA

1826

[illegible] Tooke

CATONIANA

SIVE

M. PORCII CATONIS CENSORII

QUAE SUPERSUNT OPERUM FRAGMENTA.

NUNC PRIMUM SEORSUM AUCTIUS

EDIDIT

H. ALBERTUS LION,

PHIL. DR. AA. LL. MAG. IN ACADEMIA GEORG. AUGUSTA PRIVATIM DOCENS.

ACCEDUNT M. CATONIS PRAETORIS ET CATONIS NEPOTIS FRAGMENTA.

GOTTINGAE

APUD VANDENHOECK ET RUPRECHT.

MDCCCXXVI.

EPISTOLA

AD

CAROLUM CREDNERUM

THEOLOG. CANDIDAT.

Cirumspicienti, cui amicorum haecce Catoniana documentum amicitiae darem, statim Tu mihi in mentem veniebas quem maxime semper dilexi. Profecto felicem saepenumero me praedicabam cui in hac vita satis aerumnosa, molestiarumque plena contigit, quod non omnibus mortalibus, ut amicos paucos illos quidem, sed omnium optimos, mihi conciliarem, in quorum numero Tu non ultimum locum tenes. Recens quidem est nostra amicitia, sed plurium tamen annorum consuetudine, officiis ultro citro datis probata. Nunquam sane oblivio me capiet istius temporis, quo ante nonnullos annos in angulo mon-

tis, Gottingae imminentis, primum Te viderem et cognoscerem; subito vultu, humanitate, aliisque virtutibus captus. Nec non semper grata mihi erit memoria familiaritatis abhinc institutae, et deinceps in diem magis magisque auctae. Tu quoque, quamdiu in hac urbe commorabaris, amicus mihi eras, quocum ut amicus cum amico versabar. Sed ut alia taceam, hac epistola Te, qui nuperrime literis Graecorum et Romanorum hoc tempore admodum Te delectari scripsisti, rogatum esse volo, ut hunc libellum nostrae amicitiae memor perlegas, et in posterum eam, cuius per complures annos fructum cepi iucundissimum integram mihi atque illibatam conserves. Meam erga Te amicitiam sempiternam futuram, hanc epistolam publice Tibi scriptam, testem esse volo.

In Catonianis autem hisce conscribendis aliud fere secutus sum, quam in Tironianis et Maecenatianis, ubi fragmenta, quae pauca fuerunt, collegi, vitam hominum pluribus illustravi. Sed supervacaneum plane fuisset, multis de Catonis vita disserere, quippe quae et si res publicas ab eo gestas spectas, et si privatas moresque, copiose eleganterque cum a multis obiter, tum maxime a Plutarcho exposita est. Propositum aliquando mihi erat vitas Catonis a Plutarcho, Corn. Nepote et Aurel. Victore de Vir. Illustr. c. 47. conscri-

ptas, huic opusculo praefigere, additis in annotationibus iis, quae alii scriptores passim de homine narraverunt; sed ne moles opusculi nimis augeretur, hoc consilium missum feci, et, praefixa notitia Fabricii, ea tantum paucis exponenda censui, quae ad rationem edendorum fragmentorum, quam secutus sum, pertinent. Sedulo in scriptoribus omnis generis fragmenta investigavi, quae negligenter a prioribus editoribus esse collecta, multis plane omissis, aliis partim tantum exscriptis, aliis non suo loco insertis, intellexeram. Quamquam vero curavi, ut absoluta quodammodo fragmentorum collectio esset, fortasse tamen hic illic particula quaedam ex scriptis Catonis a scriptore nescio quo excerpta me latuit; quod noli vitio mihi vertere. Fragmenta ea tantum recipienda esse censui, quae nominato Catone a scriptoribus laudantur; quis enim in scriptoribus, ut sunt Dionysius Halicarnassensis, Plutarchus, Livius, alii, quae ex scriptore quodam hauserint, certo affirmaverit, nisi certa vestigia reperiantur? In locis ipsis ubique optimas quae praesto mihi erant editiones scriptorum consului et secutus sum. Varias lectiones accurate partim brevitatis causa ipsi orationi inserui, partim in annotationibus exhibui. Ubi verba illustratione quadam egere mihi videbantur, quoad potui, illustravi. Cum in eo essem, ut Catonis Censorii fragmenta

colligerem, fragmenta aliorum Catonum paucula mihi obviam facta annectere, haud alienum esse putavi. Ceterum hoc opusculum si Viris doctis placuerit, aliorum fortasse veterum Historicorum fragmenta eodem modo collecta publicabo; si non placuerit, valere iubebo istud consilium. Vale.

Dab. Gottingae d. XVIII. August. MDCCCXXVI.

NOTITIA LITERARIA
DE
M. PORCIO CATONE
EX
IO. ALB. FABRICII BIBLIOTHECA LAT. A IO. AUG. ERNESTI AUCTIUS EDITA T. I. LIB. I. CAP. II. *).

M. Catonis maioris aetas.

M. *Porcius Cato*, antea *Priscus* appellatus, etiam *Maior* vulgo audit ob pronepotem Catonem minorem Uticensem. Ortus municipio Tusculo, non minus **) egregii Imperatoris Consulisque ac Censoris,

*) [Quae uncis inclusa sunt, ea a me addita esse memento.]

**) Livius XXXIX, 4. Plin. VII, 27. (28.) et XXIX, 1 Hist. Cicero Bruto cap. 15 etc. Nepos et Plutarchus Catone Maiore pag. 336 seq. E recentioribus Ioan. Glandorpius in Onomastico Romano pag. 714 seq. ubi de gente Porcia e Gellii XIII, 19. et aliis scriptoribus. Andr. Schottus ad Victorem de viris illustribus c. 47. Caspar. Sagittarius de vita et scriptis Catonis, Ennii, Pacuvii etc. Altenburg, 1672. 8. (quo in libro pag. 75. tabellam genealogicam Catonum exhibet:) Martinus Hanckius (in Sagittarii libro p. 106. per typographi errorem Hanserus) Vir Cl. libro utroque de Romanarum rerum scriptoribus, ac Petrus Baelius dictionario Historico - Critico edit. secundae in *Porcius*. Dissertatio scriptoris Galli (Mr. Roue) de duobus Catonibus, Censore et Uticensi, de quo *Hist. des*

(unde *Censorius* quoque passim dicitur) quam ICti, Oratoris *), conditoris Historiarum ac Philosophi nomen promeruit. Cum bello Punico secundo ab anno usque septimo decimo aetatis non infeliciter pugnasset, deque Hispania triumphum, et multa in Rep. praeclare egisset, haud dubitavit magno iam natu **) Graecas literas in Sardinia ab Ennio addiscere, nec pauca latine scripsit, obiitque tertio bello Punico, quod ipse suaserat, ineunte, anno U. C. 604. L. Censorino et Manilio Coss. ante Christum natum 149., aetatis 85., si Ciceronis quidem ***) et Plinii calculum sequimur: nam Livius XXXIX, 40. eum testatur anno 86. adhuc causas egisse, et anno 90. Servium Galbam ad populi iudicium adduxisse; quod narrat etiam Plutarchus in vita p. 344 seq. [c. 15.] Confer, si iuvat, Valerium Max. VIII, 7, 1.

Liber de agricultura.

Iam tum Ciceronis †) aetate nullum fere exstabat scriptum latinum, quod esset dignum lectione, scriptis Catonis antiquius. Cum vero plurima, ut dixi, scripserit, unus hodie illius superest *de*

---

ouvrages des Savans A. 1708. pag. 102. Imaginem Catonis Censorii post Bellorium et alios exhibet Iacobi Gronovii Viri Cl. Thesaurus Antiquitatum Graec. Tomo III. Diversus a Catonibus, quos Glandorpius et Sagittarius recensent, fuit Cato Sinopensis, cuius de Hieronymi Syracusani Tyrannide librum allegat Athenaeus libro VI.

*) M. Catonem hunc, propter eloquentiam, cognomento *Demosthenem* appellatum esse testatur Diodorus Sic. pag. 382. excerpt. Peiresc. [Plutarch. Cat. c. 4.]

**) Aurelius Victor c. 47. Cicero Catone Maiore c. 1 et 2. et in Lucullo c. 2. Quinctilian. XII, 11.

***) Cicero Bruto c. 20. Plinius XXIX, 1. [cf. 14, 4. (5.)]

†) Cicero Bruto c. 18.

agricultura, sive *de rebus rusticis* ad filium *liber*, cuius meminit praeter Varronem ac Columellam, Gelliumque, Plutarchus p. 351. [c. 25.] *συντέτακταί γε βιβλίον γεωργικὸν, ἐν ᾧ καὶ περὶ πλακούντων σκευασίας* (cap. 76.) *καὶ τηρήσεως ὀπώρας* (cap. 25. et 101.) *γέγραφεν, ἐν παντὶ φιλοτιμούμενος περιττὸς εἶναι καὶ ἴδιος.* Plinius XIV, 4. (5.): *Catonum ille primus triumpho et censura supra cetera insignis, magis tamen etiamnum claritate literarum, praeceptisque omnium rerum expetendarum datis generi Romano, inter prima vero agrum colendi, illius aevi confessione optimus ac sine aemulo agricola.* Servius ad 2. Georgic. *Hoc etiam Cato ait in libris ad filium de agricultura*, etc. Ab *Catone ornata literarum latinarum monumenta* scribit Valerius Maximus III, 4, 6.; et apud Ciceronem de senectute c. 15. Cato ipse loquens, *dixi*, inquit, *in eo libro, quem de rebus rusticis scripsi, de qua* (utilitate stercorandi) *doctus Hesiodus ne verbum quidem fecit, cum de cultura agri scriberet.* Plinius XVI, 39.: *Cato hominum summus in omni usu, de materiis haec adiicit.* Producit deinde verba ex libro de re rustica cap. 31. Inscriptiones capitum non esse ab ipso auctore, recte videtur annotasse Ioannes Meursius, licet exstent in editione antiqua, quae prodiit Regii a. 1482. fol. tum in altera ibid. a. 1499. fol. At in aliis quibusdam desunt, ut in Basileensi anno 1521., quam optimae notae esse, idem Meursius iudicat, et in Coloniensi apud Io. Gymnicum 1536., 8., et in Lugdunensi apud Seb. Gryphium 1536., 8. Vid. et Pontederae not. ad c. 1.

Oratio pro Lege Oppia apud Livium.

Oratio Catonis *pro lege Oppia* adversus L. Valerium Tribunum, cum Valerii responsione legitur

apud Livium XXXIV, 2 sq. ingenio Livii apte ad rem et personam Catonis expressa.

Suppositia Catonis ab Annio edita. Disticha moralia alterius scriptoris. Valerii Catonis dirae.

Cetera, quae, tanquam ex Originibus Catonis petita *de Antiquis Italiae populis* fragmenta, una cum aliis scriptis nullius fidei vulgavit commentariisque illustravit *Ioannes Annius* Viterbiensis, Romae anno 1498., fol. frequenter et variis locis ab eo tempore recusa *), tanquam spuria, quamquam laciniis quibusdam. quas e Catone Plinius et alii proferunt, adtextis, praesenti loco omitto. Ita *disticha moralia*, quae sub *Dionysii Catonis* nomine circumferuntur, nemo ignorat ad Catonem, de quo loquimur in praesenti, neutiquam pertinere; non certe magis, quam *Valerii Catonis diras.*

Catonis maioris dictio.

Ut ad Catonem Censorium noster redeat sermo, orationis eius formam ita describit Cicero in Bruto c. 17.: *Antiquior est huius sermo, et quaedam horridiora verba: ita enim tum loquebantur. Id muta, quod tum ille non potuit, et adde numeros, et aptior sit oratio, ipsa verba compone et quasi coagmenta, quod ne Graeci quidem veteres factitaverunt: iam neminem antepones Catoni.* Plutarchus in Catonis

*) [Ut in Historia antiqua ap. Commelin. A. 1599.; in Varronis libris de Ling. Lat. cum Bentini castigationibus et Catonis libro Originum. A. 1536. cf. *Niceron, Mémoires des hommes illustres dans la republ. des Lettres*, T. 11. et 20. Ipse Annius Antiquitatum lib. 7.: Non potui eum (Catonem) integrum habere, nisi fragmenta, et quidem inordinata in Collectaneis vetustis Guilielmi Mantuani. Nos vero in ordinem solum fragmenta redegimus.]

vita pag. 339. [c. 7.]: Εὔχαρις ἅμα καὶ δεινὸς, ἡδὺς καὶ καταπληκτικὸς, φιλοσκώμμων καὶ αὐστηρὸς, ἀποφθεγματικὸς καὶ ἀγωνιστικός, *lepidus simul et gravis, iucundus et fulminans, facetus et austerus, sententiosus et acris.* Hoc exemplis deinceps quibusdam confirmat, et nonnulla ipsius acute dicta refert Plutarchus *).

Scripta deperdita.

Scripta Catonis *deperdita* haec apud Veteres commemorantur:

Originum sive Historiarum **) Annaliumve Pop. Romani *libri VII.*, quibus eum ultimam manum

---

*) [Alia testimonia veterum scriptorum v. ap. Quintilian. 2, 5, 21. 3, 1, 19. 8, 3, 29.: 5, 33. 12, 3. 9.: 10, 39.: 11, 23. quibus locis laudatur tum a grammatices Latinae scientia, tum ab eloquentia, tum a sermone horridiore. Inprimis autem v. Cicer. de Orat. 1, 37. 49. fin. 2, 12. 3, 33. Tuscul. 1, 3. init. de Senect. 1, 3.: 11, 38. (coll. 10, 32.) de Rep. 1, 1. 2, 1. 3, 6. de Legg. 3, 18, 40. de Invent. 1, 4. Sallust. Histor. I. (apud Victorin. ad Cicer. de Inv.): Romani generis disertissimus, paucis multa absolvit. Valer. Max. 3, 4, 6. 8, 7, 1. (Tacit.) Dialog. de Oratorib. 18, 3. 5. Sueton. Aug. 86. Plin. H. N. 7, 27. 14, 4. 5. 14. c. 13. c. 15. s. 20. 16, 39. Solin. c. 2. Plutarch. Cat. c. 4. init. 15. Liv. 45, 25. 39, 40. Epit. 49. Varro. cf. Fronto Epistol. p. 51. 74. de Orationib. I. p. 215. II. p. 244. 263. 358. Laudes fumi p. 366. ed. Angel. Mai. Horat. A. P. 56.]

**) *Historias* vocat praeter Nepotem Charisius lib. 2. Sed *Annales* Epitoma Livii lib. XLIX. *Origines* non satis plenus titulus visus Festo in *Orig.* [v. annot. ad fragmenta, Origin. lib. I.] Adi Vossium lib. I., de Historicis latinis cap. V. Fragmenta e Catonis Originum libris collegere Antonius Riccobonus ad calcem libri de Historia, et Ausonius Popma in fragmentis Catonis, de quibus ante dixi, et in fragmentis Historicorum, [aliique,] de quibus in Sallustio.

paucis ante mortem diebus vel mensibus imposuisse, e Cicerone constat. Certe senex demum illos scribere instituit, teste Nepote cap. 3., ubi singulorum librorum argumenta. [*Primus continet res gestas regum pop. Rom.; secundus et tertius, unde quaeque civitas orta sit; ob quam rem omnes origines videtur appellasse. In quarto autem bellum punicum primum, in quinto secundum. Atque haec omnia capitulatim sunt dicta. Reliquaque bella pari modo persecutus est, usque ad Praeturam Ser. Galbae, qui diripuit Lusitanos. Atque horum bellorum duces non nominavit, sed sine nominibus res notavit. In iisdem exposuit, quae in Italia Hispaniisque viderentur admiranda.*] Apud Livium quidem XXXIV, 5., [et 15. ibiq. intpp. Rupert.] L. Valerius tribunus Catoni vix duodequadraginta annos nato Origines ipsius obiicit. Sed videtur Livius eo in loco, ut saepius alibi, tribuere ex ingenio suo orationem L. Valerio, quam ille aliter aliamque dixerat; ut multis iam eruditis observatum, Vossio, Baelio, atque Henrico Norisio Cenotaph. Pisan. diss. 1., c. 1., p. 4. Laudes suas in hoc opere minime praeteriisse Catonem, docet Plutarchus in vita p. 344. [c. 14.]. Ipse Cato manu sua descriptum maioribus literis legendum filio suo proposuit, ut domestica exempla virtutis edisceret. Id. p. 348. Laudat hoc opus Cicero Bruto cap. XVII. Illustraverat olim *Statilius Maximus*, ut e Charisio colligitur. Fragmenta harum Originum e Grammaticis et aliis collecta reperiuntur inter Fragmenta Historicorum veterum, separatim et ad calcem Sallustii edita. [De auctoritate et fontibus quaedam disputavit Lachman. Commentat. de Fontib. Liv. p. 42.].

De re militari liber, laudatus post alios Ioan. Sarisberiensi VI, 19. Policratici. Vide de hoc Cato-

nis scripto Stewechium ad Vegetii lib. 1., cap. 8., qui tamen fallitur, cum plures libros huius argumenti a Catone scriptos putat, et Orationes confundit cum libris; etsi et hi et illae Graecis sunt λόγοι, et Gellius quoque Orationem Catonis de falsis pugnis librum appellat X, 3., et librum contra Tiberium Sempronium Longum exsulem II, 14.

Libri quaestionum Epistolicarum, Gellius VII, 10.

Epistolae. Plinius, Festus, Priscianus etc.

De Oratore, ad filium. Diomedes lib. I. pag. 358. Quinctilianus III, 1.: *Romanorum primus, quantum ego quidem sciam, condidit aliqua in hac materia M. Cato ille Censorius.*

Orationes variae (centum et quinquaginta legisse se testatur Cicero in Bruto cap. XVII.) quas ab adolescentia, ut est apud Nepotem, confecit, laudatae Ciceroni, Varroni, Livio, Plutarcho in Vita Flaminii p. 379., Gellio, Festo, Charisio, Nonio, Prisciano et aliis [cf. Cic. Brut. c. 15 sqq. Plin. Epist. 1, 20, 4. Valer. Max. 3, 7, 7. Plutarch. c. 15. Lips. VV. LL. 1, 13.]. Quasdam ex his provectiore aetate scriptas habitasque, Originibus suis etiam incluserat, ut viri docti colligunt ex Epitoma libri XLIX. Liviani, atque e Livio ipso XLV, 25., et Cicerone in Bruto. Quamplurimos accusavit, pro se ipse causam undequinquagies [cf. Plin. H. N. 7, 27. (28.)] dixit. Ceterum Athenienses cum non Graece sed per interpretem allocutus esset, mirati sunt illi, quod interpres breviloquentiam eius vix pluribus verbis assequi valuisset, ut refert Plutarchus p. 343 seq. [v. infr.].

De liberis educandis. Macrobius III, 6.

Carmen de moribus, liber non versibus scriptus, sed prosa. Carmen enim antiquis dicebantur praecepta, leges, preces, dirae, et formulae quaevis so-

lemnes, licet minime versibus scriptae essent, ut demonstravi lib. I. Bibliothecae Graecae cap. IX., sect. 14. Vide Gellium IX, 2., et Nonium in *eligantes*.

Commentarius, quo medetur filio, servis, familiaribus. Plinius XXIX, 1. Plutarchus in Vita p. 350.

Apophthegmata, a sene Catone collecta. Cicero I. Offic. c. 29. Plutarch. p. 337.

De M. Catone filio, Praetore.

Filius Catonis nostri M. Cato, Praetor, ante patrem *) denatus, scripserat *de Iuris disciplina* libros, sive *Commentarios Iuris Civilis*, quorum decimus quintus laudatur a Paullo ICto, in leg. 4. D. de Verbor. obligat. Meminit et Gellius XIII, 19. et Festus in *Mundus*. Confer, si placet, Iac. Oiselii notas ad laudatum Gellii locum. Hosce Commentarios inter Catonis Censorii scripta perperam retulere viri doctissimi, Popma et Riccobonus.

De Catone nepote.

M. Cato nepos, qui anno U. C. 638. Consul fuit, scripsit et ipse *Orationes*, quae a veteribus allegantur, et cum Orationibus proavi subinde confunduntur. Cato nepos de actionibus ad populum, ne lex sua abrogetur, Priscian. III. p. 602.

---

*) Livii Epitome lib. XLVIII.: *M. Porcius Cato filii in Praetura mortui funus tenuissimo, ut voluit, nam pauper erat, sumtu fecit.* De virtute eius vide sis Iustinum XXXIII, 2.

M. PORCII

CATONIS ORIGINUM

L I B. I. *)

Cicero in oratione pro Plancio C. 27, 66. Etenim M. Catonis illud, quod in principio scripsit Originum suarum, semper magnificum et praeclarum putavi: Clarorum virorum atque magnorum non minus otii, quam negotii rationem exstare oportere **).

*) Festus sub *Originum: Originum* libros quod inscripsit Cato, non satis plenum titulum propositi sui videtur amplexus, quando praegravant ea, quae sunt rerum gestarum populi Romani. Cf. Cic. Brut. 17. Serv. ad Virgil. A. 6, 842. Plutarchus aliique *Historias* etiam appellant. Corn. Nep. Cat. 3.: Senex scribere *historias* instituit etc. Plut. Cat. 20. Ἱστορίας κ. τ. λ. c. 25. in.

**) Columella, 2, 22.: Tam otii quam negotii rationem reddere maiores nostri censuerunt. 11, 1.: Illud verum est M. Catonis oraculum: Nihil agendo homines male agere discunt.

Cicero de Officiis 3, 1. et de Republica 1, 17.
P. Scipionem, eum qui primus Africanus appellatus sit, dicere solitum, scripsit Cato, qui fuit fere eius aequalis, nunquam se minus otiosum esse, quam cum otiosus; nec minus solum, quam cum solus esset. — Quam est hic fortunatus putandus - - qui ut Africanum scribit Cato solitum esse dicere, possit idem de se praedicare, numquam se plus agere quam nihil cum ageret, numquam minus solum esse, quam cum solus esset.

Priscianus 5, 12, 65. et 6, 8, 41.
Agrum quem Vulsci habuerunt campestris plerus Aboriginum fuit *).

Idem 6, 15, 80.
Antempna **) veterior est quam Roma.

Macrobius Saturnal. 3, 5. fin.
Mezentium Rutulis imperasse, ut sibi offerrent quas diis primitias offerebant, et Latinos omnes similis imperii metu ita vovisse: Iuppiter, si tibi magis cordi est, nos ea tibi dare potius quam Mezentio, uti nos victores facias.

Priscianus 4, 4, 21. et 7, 12, 60.
Sed lucus Capenatis.

Gellius Noctium Atticarum 1, 16, 4.
Inde est ferme mille passuum.

Nonius sub v. *Prosapies.*
Veteres prosapias (al. *prosapia*) et multa alia apud multos.

Festus sub v. *Oratores* p. 310. ed. Dac.

---

*) Cod. Prisc. *A* Wassii pro *Aborig.* habet *frequens num.* cf. ad Gell. 3, 1, 9. de *plerus* pro *plerusque.*]

**) Al. *Antemna*; codd. *ante Numantia*; *antemnantia.* De urbe v. Heins. et Burm. ad Virgil. Aen. 7, 631. ibiq. Serv.

Eos (oratores) nostri alii (*alias?*) pro (*Pop. Rom.?*) pro legatis appellant, ut Cato - - in Orig. l. I.: Propter (*Propterea?*) id bellum coepit Coelius *) Praetor Albanus, oratores misit (*missi?*) Romam, cum . . . .

Nonius sub v. *Pedato*.

Igitur tertio pedato bellum nobis facere (al. *fecere*) **).

Festus sub v. *Nequitur*.

Nequitum et *nequitur* pro *non posse* dicebant, ut C. Orig. l. I.: Fana in eo loco complura fuere (al. *compluria fuerunt*); ea exauguravit, praequam (al. *praeterquam*) quod Termino fanum fuit, id nequitum exaugurari ***).

Priscianus, 6, 7, 36. et cap. 16, 82.

Nam de omni Tusculana civitate soli (pro: *solius*) L. Mamilii †) beneficium gratum fuit.

Charisius lib. I. p. 55. ed. Putsch.

Vehes ligni ††).

LIB. II.

Priscianus, 4, 4, 21. et 7, 12, 60.

Lucum Dianium in nemore Aricino Egerius Lae-

---

*) Popma legendum existimabat *Cloelius*, intelligebatque C. Cluilium, quocum bellum gessit Tullus, rex. cf. Lachmann. de Font. Liv. p. 42., not. 2.

**) Cf. Lachm. l. l. p. 114.

***) Cf. Liv. 1, 55. Flor. 1. 7. Gell. 12, 6.

†) Cod. A. Wassii *Lucilii M.* Vulg. *L. Manulei.* Popma emendari volebat *Mamilii*, quem quidem civitate donatum tradunt Livius (3, 18. 29.) et Dionysius Halic. (10, 16. 18.); confirmarunt codd. Krehl. Al. codd. *Manilii*; *Mamlii*; *Mamillii*; *Mamilli.*

††) Alia fragmenta, quae ad I. librum pertinere videntur, v. infra.

bius *) Tusculanus dedicavit, Dictator Latinus. Hi populi communiter, Tusculanus, Aricinus, Lanuvinus, Laurens, Coranus, Tiburtis, Pometinus **), Ardeatis, Rutulus.

Idem 9, 9, 51.

Marsus hostem occidit prius quam Pelignus; propterea Marucini (al. *Marruc.*) vocantur, de Marso detorsum nomen.

Idem lib. 4, cap. 4, 21. et lib. 7, cap. 12, 60.

Si quis mortuus est (al. *esset*) Arpinatis, eius heredem (al. *heredem*) sacra non sequuntur ***).

Idem 10, 8, 47. et super 12. vers. Aen. cap. 7, 132.

Cato in II. (cod. Dresd. V.) Originum: In campo Tiburti, ubi hordeum demessuit, idem (*scil. qui hordeum demessuit*) in montibus serit (al. *seruit*); ibidem (al. *ibi*) hordeum iterum metit (al. *messuit* †).

Charisius lib. I. p. 70. et Priscianus 13, c. 3, 13. (hic quidem, libro non indicato).

Quescunque Romae regnavissent.

Festus sub v. *Sublimavit*.

Sublimavit dixit. A. (*Cato?*), i. e. in altum extulit, Orig. lib. II.: In maximum decus atque in excelsissimam claritudinem sublimavit.

---

*) Al. *Ager.* s. *Aeger. Lebius*, s. *Lesbius.*

**) Al. *Cocanus*, *Tiburtinus*, *Pomerinus.* Cod. Cantabr. Wassii *Coronam.*

***) Nam soli cives Romani habebant sacra hereditaria ex lege XII. Tabb.: *Sacra privata perpetuo manento. Popma.* Ms. *A.* et Dresd. *Si q. m. est et Arp.* Al. codd. apud Krehl. *sequitur; non consequuntur; sacra consequuntur.* v. Krehl. ad h. l. p. 152. sq.

†) Cassius Hemina Annal. 3.: In campo Tiburti, ubi hordeum demessuerunt.

Priscianus 5, 8, 45.
Ex sale (al. *sali*) qui apud Carthaginienses fit.

Nonius sub v. *Putidum*.
Si indus navis *) putidas atque sentinosas (al. *senticos*.) commeatum ponere volebant.

Priscianus 5, 3, 16.
Cato in II. (al. I.) Originum: Itaque res uber fuit, antequam [vastassent] legiones **).

Nonius sub v. *Gelus*.
Qui (Lips. *Quin*) aquatum ut lignatum videntur ire, securim atque solum ***) ferunt, gelum crassum excidunt, eum loco colligatum auferunt.

Servius ad Virgilii Aen. 11, 700. 715.
Ligures omnes fallaces sunt; sed ipsi unde oriundi sunt, exacta memoria illiterati, mendaces, quae (*mendacesque*) sunt, et vera minus meminere.

Charisius lib. II. p. 181.
Pleraque Gallia duas res industriosissime persequitur: rem militarem et argute loqui.

Idem lib. I. p. 64.
Papaver Gallicanus.

---

*) Libri vett. *Si inde ignavus*. Edit. Venet. *Si idem navis imputid*. Lipsius Epistolic. Qu. 5, 2.: *Is indu s. endo naves*, et mox *nolebat*. Popma: *Is inde in naves*. Dein vet. cod. Pontani et al. *commeatu monere*; al. *commeatum onerare*. Edit. Venet. *commeatu movere*. Palmer. Spicil. p. 777. Gruter. Thes. legit: *Is endo nav. p. atq. senticos. commeatum moinire* (*munire*) *volebat*.

**) Mss. A. B. F. *regiones*. *Wasse*.

***) *Solum* fortassis vocat sustentaculum ligneum vel scorteum, baiulorum humeris dependens, in quo vecturas onerum impositas portant. *Popma*. Lipsius l. l. 1, 13.: *iubentur ire, securim atque lorum*. Loquebatur Cato de immani frigore; qui aquatum irent, perinde adornati, ut qui lignatum.

Gellius l. l. 17, 13, 4.
Neque satis habuit, quod eum (al. *eam*) in occulto vitiaverat, quin eius famam prostitueret.

Charisius, lib. II. p. 191.
Cato Senex [in historiarum secundo]:
In his duobus bellis alteras stipendio agrique parte mulctati (*mulctari*), alteras oppidum vi captum, alteras primo pedato et secundo.

Priscianus 6, 7, 36. et cap. 16, 82.
Qui (al. *quod*) tantisper nullae (al. *nulli*) rei sies (al. *es*, s. *est*) dum nil agas *).

L I B. III.

Gellius 17, 13, 3.
Haud eos eo postremum scribo, quin populi et boni et strenui sient.

Idem 2, 22, 28. 29.
M. Cato tertio libro Originum (Appulei. de Mundo l. *in libris Orig.*) - - cum de Hispanis [Alpinis] scriberet qui citra Hiberum colunt, verba haec posuit: Sunt in his regionibus ferrariae, argenti fodinae pulcherrimae, mons ex sale mero magnus; quantum demas, tantum accrescit. Ventus Cercius **) cum loquare, buccam implet; armatum hominem, plaustrum oneratum percellit.

Charisius I, p. 55.
Laserpitium pro pulmentario suo habet.

Idem ibid.

*) I. e. omnes ingenii dotes et mentis agitationes inutiles esse, si nulla actio rerum consequatur, quae pertineat ad communem utilitatem.

**) v. Salmas. ad Solin. p. 888., a, E.

Multo pulmento usi.

Festus sub v. *Oreae.*

Oreae, freni quod ori inferuntur. - - Cato Orig. l. III.: Equos respondit: Oreas mihi inde, tibi cape flagellum *).

Probus in Virgilii Bucol. V. 2. p. 348. Servii mei. Rhegini Taurocini vocantur de fluvio qui praeterfluit. Id oppidum Aurunci primo possederunt; inde Achaei domum redeuntes. In eorum agro fluvii sunt sex **), septimus fines Rheginorum atque Taurinorum dispescens. Fluvio nomen est Taccolico (*Pacc.*). Orestem cum Iphigenia et Pylade dicunt maternam necem expiatum venisse, et non longinqua memoria est, cum in arbore ensem viderint, quem Orestes abiens reliquisse dicitur.

L I B. IV.

Gellius 2, 28, 6.

Non lubet scribere, quod in tabula apud Pontificem Maximum (al. *Pontificis Maximi*) est, quotiens annona cara, quotiens lunae aut solis lumini caligo, aut quid obstiterit.

Priscianus 6, 13, 69.

Si quis membrum rupit, aut os fregit, ratione [vindicta] proximus cognatus ulciscitur ***).

---

*) cf. Aristotel. Rhetoric. [2, 39.] Horat. Epistol. 1, 10, 34. Significat autem libertatem a natura insitam servitute perire, ut equus, postquam ultro hominem sessorem equitemque recepit, deinceps semper eius imperio paret, et freno regitur. *Oreae*, frena, quod ori indantur. *Popma.*

**) cf. Varro, Rer. Humanar. 10, ibiq. Popma.

***) cf. Gell. 20, 1.

Festus sub v. *Mapalia.*
Mapalia vocantur ubi habitant. Ea quasi cohortes (al. *cortes*, *coortes*) rotundae (*rotunda?*) sunt *).

Nonius sub v. *Duodevicesimo*, et Gellius 10, 1, 10.
Deinde duodevicesimo **) anno post dimissum bellum quod quattuor et viginti annos fuit, Carthaginienses sextum de foedere decedere ***).

Gellius 5, 21, 17, et Nonius sub *Compluriens.*
Compluriens eorum milites mercenarii inter sese multi alteri alteros [in castris] occidere, compluriens multi simul ad hostis transfugere, compluriens in imperatorem impetum fecere.

Idem 10, 24, 7. et 2, 19, 9. Macrob. Saturn. 1, 4, sub fin.
Igitur Dictatorem Carthaginiensium magister equitum monuit: Mitte mecum Romam equitatum, die quinte in Capitolium tibi coena cocta erit. Deinde Dictator iubet postridie Magistrum equitum arcessi: Mittam te, si vis, inquit, cum equitibus. Sero est, inquit Magister equitum; iam rescivere.

Idem 11, 1, 6.
Imperator noster, si quis extra ordinem depugnatum irit, ei mulctam facit.

---

*) Servius ad Virg. Aen. 1, 421. ex libro I. Originum refert: Magalia aedificia quasi cohortes rotundas (*rotunda?*) dicunt. v. Salmas. ad Solin. p. 219, a, E. F. 220, a, D. et Voss. Etymol. sub *Magalia.*

**) Dicit, Carthaginienses post dimissum bellum Punicum primum quinquies defecisse, et sextum, tum cum bellum Punicum II. indictum est. Inter bellum autem Punicum primum finitum a. DXII., et secundum incoeptum a. DXXXIC. interfuerunt anni XXII. Itaque legendum *duo et vicesimo*, et Nonius erravit. *Popma.* cf. Lachmann. de Fontib. Liv. I. p. 72. not. 1.

***) Edit. Non. a. 1478. et al. *decernere;* Gell. decessere.

Idem 11, 3, 2.
Proelium factum, depugnatumque pro castris.

Priscianus 8, 4, 16.
Cato in IV. (al. *VII.*) Origin.: Duo exules (al. *consules*) lege publica execrati (passive *καταραθέντες*. Al. *execrari*).

LIB. V.

Gellius 7, 3, 14. 16. 26. 36. 37. 38. 50.
Scio *) solere plerisque hominibus rebus secundis atque prolixis atque prosperis animum excellere, atque superbiam atque ferociam augescere atque crescere; quod nunc mihi magnae curae est, quod haec res tam secunde processerit, ne quid in consulendo adversi eveniat, quod nostras secundas res confutet, neve haec licentia nimis luxuriose eveniat. Adversae res se domant, et docent, quid opus sit facto; secundae res laetitia transversum trudere solent a recte consulendo atque intelligendo. Quo maiore opere dico suadeoque, uti haec res aliquot dies proferatur, dum ex tanto gaudio in potestatem nostram redeamus. — Atque ego quidem arbitror, Rhodienses noluisse nos ita depugnare, uti depugna-

---

*) Oratio pro Rhodiensibus habita in Senatu Q. Aelio, M Iunio Coss. A. U. 587. Liv. 45, 25.: Plurimum causam eorum (Rhod.) adiuvit M. Porc. Cato, qui asper ingenio tum lenem mitemque senatorem agit. Non inferam simulacrum viri copiosi, quae dixerit, referendo, ipsius oratio exstat, Originum V. libro inclusa. Appian. Punic. 65.: *Καὶ τόδε οὕτω φρονῆσαι τὸν Σκιπίωνα, οὐ πολὺ ὕστερον ἐξεῖπε τοῖς Ῥωμαίοις Κάτων, ἐπιπλήττων παρωξυμμένοις κατὰ Ῥόδον.* I. e. Ita Scipionem sensisse (de Carthagine non delenda) non multo post Cato in senatu protulit, graviter admonens patres infensos Rhodiis.

tum est, neque regem Persen vicisse. Non Rhodienses modo id noluere, sed [multos populos ac] multas nationes idem noluisse arbitror. Atque haud scio an partim eorum fuerint, qui non nostrae contumeliae causa id noluerint evenire; sed enim id metuere, si nemo esset homo quem vereremur, et quicquid luberet faceremus, ne sub solo imperio nostro in servitute nostra essent; libertatis suae causa in ea sententia fuisse arbitror. Atque Rhodienses tamen Persen publice nunquam adiuvere. Cogitate, quanto nos inter nos privatim cautius facimus. Nam unusquisque nostrum, si quis adversus rem suam quid fieri arbitratur, summa vi contra nititur, ne adversus illam fiat, quod illi tamen perpessi. — Ea nunc derepente tanta [nos] beneficia ultro citroque, tantam amicitiam relinquemus? Quod illos dicimus voluisse facere, id nos priores facere occupabimus? — Qui acerrime adversus eos dicit, ita dicit, hostis voluisse fieri. Et quis est tandem vestrorum, qui quod ad sese attineat, aequum censeat, [quempiam] poenas dare ob eam rem, quod arguatur male facere voluisse? Nemo opinor. Nam ego quod ad me attinet, nolim. — Quid nunc? Et quae tandem lex est tam acerba quae dicat: Si quis illud facere voluerit, mille nummi, dimidium familiae mulcta esto: Si quis plus quingenta iugera habere voluerit, tanta poena esto; et, si quis maiorem pecuum numerum habere voluerit, tantum damnas esto? Atqui nos omnia plura habere volumus, et id nobis impune est. — Sed si honorem non aequum est haberi ob eam rem quod bene facere voluisse quis dicit, neque fecit, tamen, Rhodiensibus male erit, non quod male fecerunt, sed quia voluisse dicuntur facere? — Rhodienses superbos esse aiunt, id obiectantes quod mihi et liberis meis minime

dici velim. Sint sane superbi; quid id ad nos attinet? Idne irascimini, si quis est superbior quam nos?

Idem 11, 3, 2.

Urbes insulasque omnis pro agro Illyrio esse.

Idem 15, 9, 5.

Postridie signis collatis, aequo fronte, peditatu, equitibus, atque aliis (*alis*) cum hostium legionibus pugnavit. — Recto fronte.

Idem 15, 13, 5.

Exercitum suum pransum, paratum, cohortatum eduxit foras; atque instruxit.

Priscianus lib. 9, cap. 7, 39.

Illi polliciti, sese facturum omnia. (cf. Gell. 1, 7.)

Idem 10, 3, 18.

Cato in V. (al. II.) Orig.: Quod eorum nemo quisquam quicquam mihi ignoturus est.

Nonius sub v. *Pisculentum.*

Origine fluvium Naronem *), magnum, pulchrum, pisculentum.

Idem sub v. *Protelare.*

Sed protelo trini boves unum aratrum ducent **).

Festus sub v. *Pilates.*

Pilates lapidis genus, cuius M. Cato Orig. l. V.: Lapis candidior quam pelastes (*pilates*).

---

*) Hic est Naro fluvius in Dalmatia, cuius meminit Plinius H. N. 3., alii; et ad bellum Illyricum pertinet, quod Cato hoc libro descripsit. *Popma.*

**) I. e. tres boves iuncti, facili et continuo tractu unum aratrum ducent. Salmas. ad. Solin. p. 943., a, A. B. C. cf. Voss. Etymol. Lat. sub v. *Proteli.*

L I B. V I.

Gellius, 20, 5, 13.
Itaque ego cognobiliorem cognitionem esse arbitror.

L I B. V I I.

Festus sub v. *Mulleos.*
Mulleos genus calceorum dicunt esse, quibus reges Albanorum primi, deinde patricii usi sunt. M. Cato Orig. l. VII. Qui magistratum curulem cepisset, calceos mulleos, allucinatos *), ceteri perones.

Idem, sub v. *Ruscum* s. *russeum.*
Ruscum est, ut ait Verrius, amplius paulo herba, et exiruis (*exilius*) virgultis, fructibusque (*fructicibusque*) non dissimile iunco, cuius coloris rebus uti mulieres solitae (*solitas*), commemorat Cato Orig. lib. VII.: Mulieres opertae auro purpuraque, ars (*auri?*), inhaeret diadema, coronas aureas, russea facile (*facie*) galbeas **) lineas pallas ***), redimicula.

Nonius sub v. *Pisculantum.*
Fluvium Hiberum; is oritur ex Catinatis (al. Cathinatis; *Cantabris?*) magnus atque pulcher, pisculentus.

---

*) A. Augustinus *allutatos*, vel *lunatos;* al. *lunulatos;* al. *calceatos;* Scaliger *alii uncinatos;* Turneb. et Ruben. de Re vestiar. 2, 1.: *alutacinatos.* cf. Balduin. de Calceo c. 8. 10. 16. Ruben. l. l. coniecit *aluminatos.*

**) Scaliger *Mul. opertas a. p. q., arsinea, rete, diadema, cor. aur., russeas fascias, galbeos, lin., pelles, red.* Popma *arcivere et diad., cor. aur., russea fascia*, i. e. adsciverunt coronas aureas, praeligatas fascia russea.

***) A. Augustin. *pelles.* Cf. Gulielm. Verisimil. 2, 5.

Charisius I. p. 72. et 109.
Iurum legumque cultores.

Gellius 13, 24, 15.
Multa me dehortata sunt huc prodire, anni, aetas, vox, vires, senectus *); vero enim vero cum tantam rem peragier arbitrarer.

Idem 1, 12, 17.
Tamen dicunt deficere voluisse. Ego me nunc volo ius Pontificium optime scire. Iamne ea causa Pontifex capiar? Si volo augurium optime tenere, ecquis me ob eam rem Augurem capiat?

Idem 1, 23.
Historia de Papirio Praetextato dicta scriptaque est a M. Catone in oratione qua usus est ad milites contra Galbam, cum multa quidem venustate atque luce atque munditia verborum. Ea Catonis verba huic prorsus commentario indidissem, si libri copia fuisset id temporis, cum haec dictavi. Quod si non virtutes dignitatesque verborum, sed rem ipsam scire quaeris, res ferme ad hunc modum est. (*Iam sequitur narratio satis nota de Papirii fide et ingenio, quam lege apud Gell.*)

Charisius II. p. 198.
Cato pro [Lusitanis] Hispanis: De frumento utrobi bona, utrobi mala gratia capiatur, utrinde iram, utrinde factiones **) tibi pares (al. *paces*).

---

*) Annos natus erat LXXXV. Cato, cum contra Ser. Galbam orationem diceret. Valer. M. 8, 1, 2. 9, 6, 2. Oros. 4, 21. Aurel. Vict. de Vir. illustr. c. 47, 7. Secundum Plutarchum (Cat. c. 15.) XC. natus erat annos. V. Drakenb. ad Liv. 39, 40. p. 385 sq. et Harles. Notit. I. p. 180. cf. Cic. Brut. 20. fin. et 23. de Sen. 4. 5. 10. de Amic. 3. de Or. 1, 53. Plin. 29, 1, 8. Sueton. Galb. c. 3.

**) Amicitiam interpretatur Turneb. Adversar. 3, 20.

Quintilianus Institutt. Oratt. 2, 15, 8.
Servium quidem Galbam miseratione sola, qua non suos modo liberos parvulos in contionem deduxerat (al. *prod.*), sed Galli etiam Sulpicii filium suis ipse manibus circumtulerat, elapsum esse, cum aliorum monumentis, tum Catonis oratione testatum est.

Festus sub v. *Secordiam.*
*Secordi*am quidam *pro ignavia posuerunt.* M. Cato pro *stultitia posuit Orig. lib. VII.* cum ait . . . . *is.* (*Quod ostenderetis?*) *im*mensam *timiditatem ac secordiam causa erat* ne quid neg*otii publici, vel privati gere*retur.

Ex libris Originum incertis.

Interpretes Virgiliani a Maio editi p. 55. ed. Mediolan. (V. 2. p. 319. fin. Servii mei.)
Cato in Originibus ait, Caeculum Virgines aquam petentes in foco invenisse, ideoque Vulcani *filium e*xistimasse: et quod oculos exiguos haberet, Caeculum appellatum.

Servius ad Virgilii Aen. 5, 755. et Isidorus 15, 2, 3.
Virgilius: Urbem designat Aratro: quem Cato in Originibus (al. *originalibus*) dicit morem fuisse. Conditores enim civitatis taurum in dextram, vaccam intrinsecus iungebant et incincti ritu Sabino (al. *Gabino.* cf. Voss. ad Vell. Paterc. 2, 3.), i. e. togae parte caput velati, parte succincti tenebant stivam incurvam, ut glebae omnes intrinsecus caderent. Et ita sulco ducto loca murorum designabant, aratrum suspendentes circa loca portarum. — Qui urbem novam condet (al *condit*), tauro et vacca aret; ubi araverit, murum faciat; ubi portam vult esse, aratrum sustollat et portet, et portam vocet. (cf. Varr. de L. L. 4. p. 40. ed Bip.)

Gellius 18, 12, 7.

Eodem convenae complures ex agro accessitavere. Eo res eorum auxit.

Servius ad Virgil. Aen. 1, 95.

Si ques sint (al. *sunt*) populi.

Idem ibid. 4, 698. et Charisius, I, p. 78.

Mulieres nostrae (*Romanae*) capillum flavo cinere [in-] ungitabant (Serv. *unctitab.*), ut rutilus esset crinis. (Serv. *ut rutilae essent* *).

Macrobius Saturnal. 1, 14.

Veteres *an* pro *circum* ponere consuerunt, ut Cato in Origg. *an terminum*, (Scalig. *amtermines* v. Fest.) i. e. circum terminum; et *ambire* pro circumire. (cf. Voss. Etymol. sub v. *Terminus*).

Priscianus lib. 7, cap. 3, 10.

Dotes filiabus suis non dant (al. *dantur*).

Nonius sub v. *Tributum.*

Ne praedia in lubricum dirigerentur, cum tributus exigeretur.

Varro de Re Rust. I, 2. p. 94. Bip. II, 3. p. 171.

Ager Gallicus Romanus **) vocatur, qui viritim cis Ariminum datus est ultra agrum Picentium. In eo agro aliquotfariam in singula iugera dena cullea vini fiunt. — In Sauracti (al. *Saurecte; Sorecte*), Fiscello, caprae ferae sunt, quae saliunt e saxo pedes plus sexagenos.

Servius ad Virgil. Georg. 1, 75.

Alae ex lupino.

Gellius 3, 7, 1 sqq.

Pulchrum dii boni! facinus Graecarumque facundiarum magniloquentia condignum M. Cato in libris

---

*) Interrogandi signum in fine ponendum putabat Barth. Advers. 4, 21.

**) cf. Cic. in Catone.

Originum de Q. Caedicio, trib. mil. scriptum reliquit. Id profecto est ad hanc ferme sententiam: Imperator Poenus in terra Sicilia, bello Carthaginiensi primo, obviam Romano exercitui progreditur; colles locosque idoneos prior occupat. Milites Romani, uti res nata est, in locum insinuant, fraudi et perniciei obnoxium. Tribunus ad consulem venit, ostendit exitium de loci importunitate et hostium circumstantia. Maturum censeo, inquit, si rem servare vis, faciundum ut quadringentos aliquos milites ad verrucam illam ire (sic enim [M.] Cato locum editum asperumque appellat) iubeas, eamque uti occupent, imperes horterisque; hostes profecto ubi id viderint, fortissimus quisque et promtissimus ad occursandum pugnandumque in eos praevertentur, unoque illo negotio sese alligabunt, atque illi omnes quadringenti procul dubio obtruncabuntur. Tu interea, occupatis in ea caede hostibus, tempus exercitus ex hoc loco educendi habebis. Alia nisi haec salutis via nulla est, consul tribuno respondit, consilium quidem istud aeque providens sibi viderier; sed istos, inquit, milites CCCC. ad eum locum in hostium cuneos quisnam erit, qui ducat? Si alium, inquit tribunus, neminem reperis, me licet ad hoc periculum utare; ego hanc tibi et reip. animam do. Consul tribuno gratias laudesque agit. Tribunus et CCCC. ad moriendum proficiscuntur. Hostes eorum audaciam demirantur; quorsum ire pergant [in] expectando sunt. Sed ubi apparuit, ad eandem verrucam occupandam iter intendere; mittit adversum illos Imperator Carthaginiensis, pedi[ta]tum equi[ta]tumque quos in exercitu viros habuit strenuissimos. Romani milites circumveniuntur; circumventi repugnant. Fit proelium diu anceps. Tandem superat multitudo. CCCC. omnes cum uno perfossi gladiis,

aut missilibus operti cadunt. Consul, interim dum ibi pugnatur, se in locos tutos atque editos subducit. Sed quod illi tribuno duci militum CCCC., divinitus in eo proelio usus venit, non iam nostris, sed ipsius Catonis verbis subiecimus: Dii immortales Tribuno militum fortunam ex virtute eius dedere. Nam ita evenit: Cum saucius multifariam ibi factus esset, tum vulnus capiti nullum evenit; cumque inter mortuos defatigatum vulneribus atque, quod sanguen defluxerat, cognovere, eum sustulere, isque convaluit, saepeque post illa operam reipublicae fortem atque strenuam perhibuit; illoque facto, quod illos milites subduxit, exercitum ceterum servavit. Sed idem benefactum quo in loco ponas, nimium interest. Leonidas Lacedaemonius laudatur, qui simile apud Thermopylas fecit. Propter eius virtutes omnis Graecia gloriam atque gratiam praecipuam claritudinis inclitissimae decoravere monumentis, signis, statuis, elogiis, historiis, aliisque rebus gratissimum id eius factum habuere. At tribuno militum parva laus pro factis relicta, qui idem fecerat, atque rem [publicam] servaverat.

Charisius lib. I., p. 69. 99. et 106.

Glis; Varro - - et Cato in Origg. ita est locutus. Quid (quidam) enim hic gliris putant dici. — *Biber* pro *bibere.*

Servius ad Virgilii Aen. 12, 73. p. 55.

(Cato in Originibus?) dicit, Latinum ex Ulixe et Circe editum de nomine sororis suae mortuae Romen civitatem appellasse.

Idem ibid. 1, 570. 3, 711. 4, 427.

Cato eum (Anchisem) [in Originibus] ad Italiam venisse docet. — In hoc autem monte dicitur etiam Anchises sepultus, licet secundum Catonem ad Ita-

liam venerit. — Sciendum sane - - Catonem affirmare, quod Anchises ad Italiam ven[er]it.

Idem ibid. 7, 678.

De Italicis urbibus Hyginus plenissime scripsit, et Cato in Originibus.

Idem ibid. 9, 603.

Quam (Italiae disciplinam et vitam) et Cato in Originibus et Varro - - commemorat.

Aurel. Victor de Origine gentis Rom. 12.

Suem triginta porculos peperisse in eo loco ubi nunc est Lavinium, cumque Aeneas ibi urbem condere constituisset, propterque agri sterilitatem metueret, per quietem ei visa Deorum Penatum simulacra adhortantium, ut perseveraret in condenda urbe quam coeperat; (nam post annos totidem, quot fetus illius suis essent, Troianos in loca fertilia, atque uberiorem agrum transmigraturos, et urbem clarissimi nominis in Italia condituros.) Igitur Latinum, Aboriginum regem, cum ei nuntiatum esset, multitudinem advenarum classe advectam occupavisse agrum Laurentem, adversum subitos inopinatosque hostes incunctanter suas copias eduxisse; ac prius quam signum dimicandi daret, animadvertisse Troianos militariter instructos, cum sui lapidibus ac sudibus armati, tum etiam veste aut pellibus, quae eis integumento erant, sinistris manibus involutis, processissent. Itaque suspenso certamine per colloquium inquisito qui essent quidve peterent, utpote qui in hoc consilium auctoritate numinum cogebatur. (cf. Virgil. Aen. 7, 58 sq. 81 sq. 254 sqq.) Namque extis ac somniis saepe admonitus erat, tutiorem se adversus hostes fore, si copias suas cum advenis coniunxisset. Cumque cognovisset Aeneam et Anchisen bello patria pulsos cum simulacris deorum errantes sedem quaerere, amicitiam foedere inisse,

dato invicem iureiurando, ut communes quoque hostes amicosve haberent. Itaque coeptum a Troianis muniri locum, quem Aeneas, ex nomine uxoris suae, Latini regis filiae, quae iam ante desponsata Turno Herdonio fuerat, Lavinium cognominavit. At vero Amatam, Latini regis uxorem, cum indigne ferret Laviniam, repudiato Turno consobrino suo, Troiano advenae collocatam, Turnum ad arma concitavisse, eumque mox coacto Rutulorum exercitu tetendisse in agrum Laurentem, et adversus eum Latinum pariter cum Aenea progressum, inter proeliantes circumventum occisumque.

Idem c. 15, 5.

Latini Ascanium ob insignem virtutem non solum Iove ortum crediderunt, sed etiam per diminutionem, declinato paululum nomine, primo Iobum, dein postea Iulum appellarunt, a quo Iulia familia manavit, ut scribunt Caesar lib. II. et Cato in Origg.

Servius ad Virgil. Aen. 4, 620. 1, 267.

Cato dicit, iuxta Laurolavinium cum Aeneae socii praedas agerent, proelium commissum, in quo Latinus occisus est, fugit Turnus, et Mezentii auxilio comparato [renovavit proelium, qui] victus quidem est ab Aenea; qui tamen Aeneas in ipso proelio non comparuit. Ascanius vero postea Mezentium interemit. — Licet superius historia sit narrata, tamen etiam secundum Catonem historiae hoc habet fides: Aeneam cum patre ad Italiam venisse et propter invasos agros contra Latinum Turnumque pugnasse, in quo proelio periit Latinus. Turnum postea ad Mezentium confugisse eiusque fretum auxilio bella renovasse, quibus Aeneas Turnusque pariter rapti sunt. Migrasse postea in Ascanium et Mezentium bella; sed eos singulari certamine dimicasse, et occiso Mezentio Ascanium Iulum coeptum vocari a

primae barbae lanugine, quae ei tempore victoriae nascebatur.

Idem ad A. 9, 745.

Primo proelio interemptus Latinus est in arce; inde, ubi Turnus Aeneam vidit superiorem, Mezentii imploravit auxilium; secundo proelio Turnus occisus est, et nihilominus Aeneas postea non comparuit; tertio proelio Mezentium occidit Ascanius. Hoc Livius dicit et Cato in Originibus.

Idem ad A. 7, 760.

Aeneas, ut Cato dicit, simul[ac] venit [ad] Italiam Laviniam accepit uxorem; propter quod Turnus iratus, tam in Latinum, quam in Aeneam bella suscepit a Mezentio impetratis auxiliis.

Livius 34, 5.

Tuas adversus te Origines revolvam. Accipe quotiens id fecerint (matronae), et quidem semper bono publico. Iam a principio, regnante Romulo, cum, Capitolio ab Sabinis capto, medio in foro, signis collatis dimicaretur, nonne intercursu matronarum inter acies duas, proelium sedatum est? Quid, regibus exactis etc.

Servius ad Virgil. A. 11, 316.

Troianos a Latino accepisse agrum, qui est inter Laurentum et castra Troiana, et habuisse iugera DCC. *).

Idem ibid. 5, 564.

Politem ad Italiam venisse, et segregatum ab Aenea condidisse oppidum Politorium a suo nomine.

Idem 1, 5. 7, 158.

Troiam dici quam primum fecit Aeneas, et Livius in primo et Cato in Originib. testantur. — Scien-

---

*) All. codd. *duo millia septingenta.* v. Cluver. Ital. Antiq. 3, 1. p. 789.

dum, civitatem quam primo fecit Aeneas Troiam dictam, secundum Catonem et Livium.

Idem 11, 567.

Licet Metabus Privernas esset, tamen quia in Tuscorum iure paene omnis Italia fuerat, generaliter in Metabum omnium odia ferebantur; nam pulsus fuerat a gente Volscorum, quae etiam ipse Etruscorum potestate regebatur; quod Cato plenissime executus est.

Idem 1, 6. p. 7. 269. p. 53.

Primo Italiam tenuisse quosdam qui appellabantur Aborigines; hos postea adventu Aeneae Phrygibus iunctos Latinos uno nomine nuncupatos. — Triginta annis expletis Ascanium Albam condidisse.

Dionysius Halicarn. 1, 74.

Κάτων δὲ Πόρκιος Ἑλληνικὸν μὲν οὐχ ὁρίζει χρόνον· ἐπιμελὴς δὲ γενόμενος, εἰ καί τις ἄλλος, εἰς τὴν συναγωγὴν τῆς ἀρχαιολογουμένης ἱστορίας, ἔτεσιν ἀποφαίνει δυσὶ καὶ τριάκοντα καὶ τετρακοσίοις ὑστεροῦσαν τῶν Ἰλιακῶν. I. e. Porcius autem Cato nullam Graecam temporum rationem declarat, et quum, si quis alius, in antiquis historiae scriptis colligendis accuratus fuerit, affirmat, *Romam conditam* quadringentis triginta duobus annis post bellum Troianum. (cf. Zumpt. Annales p. 43. not. Lachmann. de Font. Liv. I. p. 43.)

Idem 1, 13, et c. 11.

Εἰ τῷ ὄντι Ἑλληνικὸν φῦλον ἦν τὸ τῶν Ἀβοριγίνων, ὡς Κάτωνι καὶ Σεμπρωνίῳ καὶ πολλοῖς ἄλλοις εἴρηται, i. e. si vere Aboriginum gens Graeca fuit, ut Cato et Sempronius multique alii dixerunt. — Οἱ δὲ λογιώτατοι τῶν Ῥωμαίων συγγραφέων, ἐν οἷς ἐστι Πόρκιός τε Κάτων, ὁ τὰς γενεαλογίας τῶν ἐν Ἰταλίᾳ πόλεων ἐπιμελέστατα συναγαγὼν, καὶ Γάϊος Σεμπρώνιος, καὶ ἄλλοι συχνοὶ, Ἕλληνας αὐτοὺς

εἶναι λέγουσι τῶν ἐν Ἀχαΐᾳ ποτὲ οἰκησάντων πολλαῖς γενεαῖς πρότερον τοῦ πολέμου τοῦ τρωικοῦ μεταναστάντας. I. e. Doctissimi Romanorum scriptorum, inter quos est Porc. Cato, qui Italicarum urbium origines accuratissime collegit, et C. Sempronius et multi alii, aiunt, eos (primos Italiae incolas) esse ex iis Graecis, qui quondam in Achaia habitarant, et multis ante bellum Troianum aetatibus inde migrarant.

Idem c. 79.

Περὶ δὲ τῶν ἐκ τῆς Ἰλίας γενομένων, Κόϊντος μὲν Φάβιος, ὁ Πίκτωρ λεγόμενος, ᾧ Λεύκιος δὲ Κίγκιος καὶ Κάτων Πόρκιος - - ἠκολούθησαν, τῇδε γράφει. I. e. Quod autem attinet ad filios ex Ilia natos, Q. Fabius, qui Pictor vocatur, quem L. Cincius, Porcius - - sunt secuti, ita scribit: (iam sequitur Fabii narratio).

Velleius Paterc. 1, 7.

Capuam ab eisdem Tuscis conditam, ac subinde Nolam; stetisse autem Capuam, antequam a Romanis caperetur annis circiter CCLX.

Plinius Hist. Nat. 3, 5, s. 8.

Falisca Argis orta.

Idem 3, 11, s. 15.

Interiisse Thebas Lucanas.

Idem 3, 14, s. 19.

Ameriam ante Persei bellum conditam, annis DCCCCLXIV. (al. DCCCCLXII.)

Idm 3, 15, s. 20.

Interierunt Boii, quorum tribus CXII. fuisse auctor est Cato.

Idem 3, 17, s. 21.

Novaria ex Vertacomacoris Vocontiorum hodieque pago, non, ut Cato existimat, Ligurum.

Idem 3, 17, s. 21.

Oppidum Orobiorum Barra; unde Bergomates Cato dixit ortos.

Idem ibid.

Orobiorum stirpis esse Comum atque Bergomum, et Licini forum, et aliquot circa populos, auctor est Cato; sed originem gentis ignorare se fatetur.

Idem, 3, 19, s. 21.

Venetos Troiana stirpe ortos, Cenomannos iuxta Massiliam habitasse in Volcis.

Idem 3, 20, s. 24.

Latini iuris Euganeae gentes, quarum oppida XXXIV. enumerat Cato. Ex iis Triumpilini, venalis cum agris suis populus. Deinde Camuni compluresque similes finitimis attributi municipiis; Lepontios et Salassos, Tauriscae gentis idem Cato arbitratur.

Servius ad Virgil. Aen. 10, 184. et 13.

Ideo Graviscae dictae sunt, quod gravem aërem sustinent. — Alpes muri vice tuebantur Italiam.

Idem ad Georg. 2, 159.

Larius est lacus vicinus Alpibus, qui per LX. (cod. Urs. *quadrag.*) extenditur (al. *tend.*) millia.

Idem ad Aen. 3, 402. 707.

A Philoctete, condita iampridem civitate (Petilia) murum tantum factum. — Cato pluraliter *haec Drepana* dicit.

Idem, ibid. 10, 541.

Laevius (*A laniis*) boves immolatos, priusquam caederentur, profugisse in Siciliam.

Idem ibid. 7, 682. 697.

Quia is locus montibus praestet, Praeneste oppido nomen dedit. (v. Salmas. ad Solin. p. 45.) — Capenos Veientum condidisse auxilio regis Propertii, qui eos Capenam, cum adolevissent, miserat.

Idem ibid. 8, 638. et Dionysius Halic. 2, 49.

Sabinos a Sabo (cf. Sil. Ital. 8, 422 sqq. Modii

Novantiq. Lectt. Epist. 48. p. 127. Gruter. Lamp. T. V.) Lacedaemonio (*loci daemone*), trahere originem; Sabinorum etiam mores populum Romanum secutum. — Κάτων δὲ Πόρκιος τὸ μὲν ὄνομα, τῷ Σαβίνων ἔθνει τεθῆναί φησιν ἐπὶ Σαβίνου τοῦ Σάγκου, δαίμονος ἐπιχωρίου. Τοῦτον δὲ τὸν Σάγκον ὑπό τινων Πίστιον καλεῖσθαι Δία. Πρώτην δ᾽αὐτῶν οἴκησιν ἀποφαίνει γενέσθαι κώμην τινὰ καλουμένην Τεστρίνα (al. Τεστροῦναν), ἀγχοῦ πόλεως Ἀμιτέρνης κειμένην· ἐξ ἧς ὁρμηθέντας τότε τοὺς Σαβίνους εἰς τὴν Ῥεατίνην ἐμβαλεῖν, Ἀβοριγίνων ἅμα κατοικούντων, καὶ πόλιν αὐτῶν τὴν ἐπιφανεστάτην Κότυνας (al. Κοτυλίας) πολέμῳ χειρωσαμένους κατασχεῖν. Ἐκ δὲ τῆς Ῥεατίνης ἀποικίας ἀποστείλαντας ἄλλας δὲ πόλεις κτίσαι πολλὰς, ἐν αἷς οἰκεῖν ἀτειχίστους, καὶ δὴ καὶ τὰς προσαγορευομένας Κυρεῖς· χώραν δὲ κατασχεῖν τῆς μὲν Ἀδριανῆς θαλάττης ἀπέχουσαν ἀμφὶ τοὺς ὀγδοήκοντα καὶ διακοσίους σταδίους, τῆς δὲ Τυῤῥηνικῆς τετταράκοντα πρὸς διακοσίοις· μῆκος δὲ αὐτῇ εἶναί φησιν ὀλίγῳ μεῖον χιλίων σταδίων. I. e. At Porcius Cato nomen Sabinorum genti inditum fuisse, ait, a Sabino, filio Sanci, qui erat loci illius genius. Hunc autem Sancum a nonnullis vocari Dium Fidium. Primas autem eorum sedes asserit fuisse vicum quendam, nomine Testrinam, situm prope urbem Amiternam; unde Sabinos profectos in agrum Reatinum irruptionem fecisse *dicit*, ubi tunc Aborigines simul habitabant; et Cotynas, urbem eorum nobilissimam, armis captam tenuisse. Ex agro autem Reatino coloniis missis, cum alias multas urbes condidisse, quas immunitas incolebant, tum etiam eam, quae Cures vocatur. Agrum autem occupasse distantem ab Adriatico mari circiter ducenta et octoginta stadia, a Tyrrhenia circiter du-

centa et quadraginta. Eius autem longitudinem mille stadiis paulo minorem esse tradit.

Servius ibid. 10, 179.

Cato Originum I. (al. numerum omitt.): Qui Pisas tenuerint ante adventum Etruscorum negat sibi compertum; sed inveniri Tarchontem (al. *Trachonem*), Tyrrheno oriundum, postquam (al. *post quem*) eorundem sermonem (eorum locorum dominium) ceperit (al. *acceperat*), Pisas condidisse, cum ante regionem eandem Teutones (Salmas. ad Solin. p. 43. a, D. *Teutanes*) quidam, Graece loquentes, possederint.

Idem ibid. 12, 134.

Albonem (Albanum) montem ab Alba longa dictum.

Idem ibid. 3, 637.

Graecorum clypei rotundi.

Solinus c. 2. p. 95. ed. Salmas.

Tibur, sicut Cato facit testimonium, a Catillo Arcade, praefecto classis Euandri, sicut Sextius, ab Argiva iuventute.

Plinius Hist. Nat. 8, 5, s. 5.

Cato, cum imperatorum nomina annalibus detraxerit (al. *describeret*) (v. Lachmann. p. 43.), eum (*elephantum*) qui fortissime proeliatus esset in Punica acie, Sutrum tradidit vocatum (al. *vocitatum*), altero dente mutilato.

Cicero Quaestt. Tuscul. 1, 2, 3.

Quamquam est in Originibus, solitos esse in epulis canere convivas ad tibicinem de clarorum hominum virtutibus, honorem tamen etc. (v. fragment. Orat. in M. Nobiliorem.)

Idem de Senect. 20, 75. et Tuscul. Quaest. 1, 42, 101.

Legiones nostras (*Romanas*) in eum saepe locum profectas alacri animo et erecto, unde se nunquam redituras arbitrarentur. — Sed quid duces et prin-

cipes nominem, cum legiones scribat Cato, saepe alacres in eum locum profectas, unde redituras se non arbitrarentur.

Idem de Divinat. 1, 15, 28.
Multa auguria, multa auspicia, quod Cato ille sapiens queritur, negligentia collegii amissa plane et deserta.

Ibid. 2, 24, 51.
Vetus autem illud Catonis admodum scitum est, qui mirari se aiebat, quod non videret haruspex haruspicem cum videret.

Idem de Republica 2, 1. et 21.
Is (Cato senex) dicere solebat, ob hanc causam praestare nostrae civitatis statum ceteris civitatibus, quod in illis singuli fuissent fere, quorum suam quisque rem publicam constituissent legibus atque institutis suis, ut Cretum Minos, Lacedaemoniorum Lycurgus, Atheniensium, quae persaepe commutata esset, tum Theseus, tum Draco, tum Solo, tum Clisthenes, tum multi alii, postremo exsanguem iam et iacentem doctus vir Phalereus sustentasset Demetrius; nostra autem res publica non unius esset ingenio, sed multorum, nec una hominis vita, sed aliquot constituta saeculis et aetatibus. Nam neque ullum ingenium tantum extitisse dicebat, ut quem res nulla fugeret quisquam aliquando fuisset; neque cuncta ingenia conlata in unum tantum posse uno tempore providere, ut omnia complecterentur sine rerum usu ac vetustate. Quam ob rem, ut ille solebat, ita nunc mea repetet oratio populi *originem;* libenter enim etiam verbo utor Catonis. — Nunc sit illud Catonis certius, nec temporis unius nec hominis esse constitutionem reipublicae.

M. Porcii Catonis De Re Militari libri *).

Vegetius de Re milit. 1, 13.
In aliis rebus, sicut ait Cato, si quid erratum est potest [postmodum] corrigi, praeliorum delicta emendationem non recipiunt, cum poena statim sequatur errorem. Aut enim confestim pereunt, qui ignave imperiteque pugnaverint, aut in fugam versi victoribus ultra pares esse non audent.

Idem ibid. c. 15.
Quantum utilitatis boni sagittarii in praeliis habeant, et Cato in libris de Discipl. milit. evidenter ostendit, et Claudius etc.

Plinius Hist. Nat. Praefat. sub fin.
Scio ego, quae scripta sunt, si palam proferantur, multos fore qui vitilitigent; sed ii potissimum qui verae laudis expertes sunt; eorum ego orationes sino praeterfluere.

Nonius sub v. *Disciplinosus.*
Quam gladiator disciplinosus.

Festus sub v. *Peremere.*
Cato in libro qui est de re militari pro vitiare usus est, cum ait: Cum magistratus nihil aliud audet imperare, ne quid consul auspicii peremat. (Dacer. interpretatur *tollat.*)

Gellius 7, 4, 5. et Festus sub v. *Sub corona.*
Ut populus sua opera potius ob rem bene gestam

*) Io. Saresber. De Nug. Curial. 6, 19.: Quam (militarem artem) si quis ediscere voluerit, adeat Catonem Censorium etc. Veget. de Re Milit. 1, 8.: Necessitas compulit, evolutis auctoribus, ea me in hoc opusculo fidelissime dicere, quae Cato ille Censorius de disciplina militari scripsit. cf. 2, 3.

coronatus supplicatum eat, quam re male gesta coronatus veniat (veneat?).

Nonius sub v. *Ferentarii.*

Inde partem equitatus atque ferentarios praedatum misit.

Festus sub v. *Procubitores.*

Procubitores dicuntur fere velites, qui noctu custodiae causa ante castra excubant, cum castra hostium in propinquo sunt, ut M. Cato in eo, quem de re mil. scripsit.

Idem sub v. *Velites.* nullo libro citato.

Cato eos ferentarios dixit, qui tela ac potiores militibus pugnantibus ministrabant *).

Idem sub *Serra.*

Serra praeliari dicitur, cum assidue acceditur, recediturque, neque ullo consistitur tempore. Cato de re mil.: Sive forte opus sit cuneo, aut globo, aut forcipe, aut turribus, aut serra, uti adoriare.

Idem sub *Properam.*

Properam pro celeri ac strenua dixisse antiquos testimonio est Cato, cum ait in libro de re mil.: Tertia e castris eductio celeris properaque est.

Nonius sub *Frons masc.*

Una repugnatio (*dep.*) est, fronte longo (al. *largo*), quadrato exercitu.

Philargyrius in Virgil. Georg. 2, 417.

Pedites (al. *Primo*) quattuor agminibus, quibus (al. *equites*) duobus antibus (i. e. ordinibus. v. Salmas. ad Solin. p. 856., a, B.) ducas (al. *duces*).

Priscianus 7, 11, 57.

Satis celeris sis in tempore (al. *sis temp.; sit temp.; in temperie; Satis est celeris si sint temp.*)

---

*) Barth. Advers. 39, 5. legend. putat: *Cato eos f. et optiones dix., qui mil. pugn. tela min.*

Varro de Ling. Lat. 6. p. 92. ed. Bip.
Accensos ministratores Cato esse scribit.

Frontinus Strategem. 4, 1, 16.
M. Cato memoriae tradidit, in furto comprehensis inter commilitones dextras esse praecisas; aut si lentius (al. *levius*) animadvertere voluissent, in principiis (al. *in principes*, i. e. animadv. in principes) sanguinem missum.

M. Porcii Catonis de Liberis Educandis liber.

Macrobius 3, 6.
Nutrix haec omnia faciebat in verbenis, ac tubis (al. *tuba*), sine hostia (al. *hostiis*) ut Deli ad Apollinis Genetivi aram *).

M. Porcii Catonis Carmen **) de Moribus.

Gellius 11, 2, 2. 5.
Avaritiam omnia vitia habere putabant (Nonius sub v. *Elegans* hab. *putant*); sumptuosus, cupidus, elegans, vitiosus, irritus qui habebatur, is laudabatur. — Vestiri in foro honeste mos erat, domi, quod satis erat. Equos carius quam coquos emebant. Poëticae artis honos non erat. (Barth. Adversar. 3,

---

*) In antiquis edd. Nonii (ut Venet. 1478.) saepe citatur *Cato de liberis educ.*; sed fragmenta, fortasse et hoc, sunt e *Varrone* desumta, qui scripsit librum: *Cato vel de lib. educ.*

**) Hic liber non fuit scriptus versibus, sed habuit certa quaedam capita, brevibus verbis descripta, ut disci et recitari possent. *Popma.* v. etiam intpp. Dionysii Catonis.

4.) Si qui in ea re studebat, aut sese ad convivia (Barth. l. l. 17, 12. *convicia*, quasi *convocia*) applicabat, is grassator (i. e. adulator) vocabatur. — Nam vita humana prope uti ferrum est; si exerceas, conteritur; si non exerceas, tamen rubigo interficit. Itidem homines exercendo videmus conteri; si nihil exerceas, inertia atque torpedo plus detrimenti facit, quam exercitio.

M. Porcii Catonis de Sermonum differentiis.

Isidorus De Differ. verbor. T. 5. p. 1. 43. Areval. (ap. Barth. Advers. 39, 6. 40, 10.)
De his apud Latinos Cato primus scripsit. — Cato: Inter exultationem et iubilationem rusticorum distinguitur; ubi enim verba communia sufficiunt laetitiae, et lingua idonea est mentis gaudium explicare, exultatio est; ubi vero enorme gaudium incondito clamore exurgit, iubilatio est.

M. Porcii Catonis libri de Agricultura.

Servius ad Virg. Georg. 2, 412.
Virgilius: Laudato ingentia rura, exiguum colito; hoc etiam Cato ait in libris ad filium de Agr. (v. Gesner. Praefat. ad scriptt. de Re Rust. p. IV. Bip.)

M. Porcii Catonis Praecepta ad Filium.

Plinius Hist. Nat. 22, 1, s. 6 sqq.
Dicam de istis Graecis suo loco, Marce fili, quid Athenis exquisitum habeam, et quod bonum sit,

eorum literas inspicere, non perdiscere. Vincam nequissimum et indocile genus eorum, et hoc puta vatem dixisse: quandocunque ista gens suas literas dabit, omnia corrumpet, tum etiam magis, si medicos suos huc mittet. Iuvarunt inter se, Barbaros necare omnes medicina, sed hoc ipsum mercede faciunt, ut fides iis sit, et facile disperdant. Nos quoque pictitant Barbaros et spurios, nosque magis quam alios opicos appellatione foedant. Interdixi tibi de medicis. — Subiicit, qua medicina usus et se et coniugem usque ad longam senectam perduxerit, profiteturque esse etiam commentarium sibi quo medeatur filio, servis, familiaribus *).

Idem ibid. 7, 51, s. 52.

Senilem iuventam praematurae mortis esse signum.

Servius ad Virgil. Georg. 2, 95.

Rheticam uvam Cato praecipue laudat in libris quos scripsit ad filium.

Idem ibid. 1, 46.

Cato in oratione ad Filium: Vir bonus est, Marce fili, colendi peritus, cuius ferramenta splendent.

---

*) Plutarch. Cat. c. 23, fin. *Οὐ μόνον ἀπηχθάνετο τοῖς φιλοσοφοῖσιν Ἑλλήνων, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἰατρεύοντας ἐν Ῥώμῃ δι' ὑποψίας εἶχε. Καὶ τὸν Ἱπποκράτους, ὡς ἔοικεν, ἀκηκοὼς λόγον, ὃν εἶπε, τοῦ μεγάλου βασιλέως καλοῦντος αὐτὸν ἐπὶ πολλοῖς τισι ταλάντοις, οὐκ ἄν ποτε βαρβάροις Ἑλλήνων πολεμίοις ἑαυτὸν παρασχεῖν, ἔλεγε κοινὸν ὅρκον εἶναι τοῦτον ἰατρῶν ἁπάντων, καὶ παρεκελεύετο φυλάττεσθαι τῷ παιδὶ πάντας. Αὑτῷ δὲ γεγραμμένον ὑπόμνημα εἶναι, καὶ πρὸς τοῦτο θεραπεύειν καὶ διαιτᾷν τοὺς νοσοῦντας οἴκοι· νῆστιν μὲν οὐδέποτε διατηρῶν οὐδένα, τρέφων δὲ λαχάνοις, καὶ σαρκιδίοις νήσσης, ἢ λαγώ. Καὶ γὰρ τοῦτο κοῦφον εἶναι καὶ ἰπρόσφορον ἀσθενοῦσι, πλὴν ὅτι πολλὰ συμβαίνει, τοῖς φαγοῦσιν ἐνυπνιάζεσθαι. Τοιαύτῃ δὲ θεραπείᾳ καὶ διαίτῃ χρώμενος, ὑγιαίνειν μὲν αὐτὸς, ὑγιαίνοντας δὲ τοὺς ἑαυτοῦ διαφυλάττειν.*

Diomedes I. p. 358. Putsch.
Cato ad Filium vel de Oratore *): Lepus multum somni affert, qui illam edit. — (Plinius Hist. Nat. 28, 19.: Somnos fieri lepore sumto in cibis Cato arbitratur)

Nonius sub *Mediastinos* (al *mediastrin.*).
Ille (edit. Venet. *illi*) imperator, tu illi ac ceteris (edit. Venet. *ille cet.*) mediastinus (*mediastrin.*)

Seneca Controvers. lib. 1. Praef. et Quintilianus Institutt. Oratt. 12, 1, 1.
Orator est, Marce fili, vir bonus, dicendi peritus. (cf. Plin. Epist. 4, 7.)

M. Porcii Catonis Poenorum libri.

Festus sub *Meritavere*.
*Merita*vere, saepe meru*ere dicit* Cato *in Po*enorum IV.: Suf*fetes evocaverunt statim om*nes cohortes, omnis *etiam*, *qui stipendia merit*averunt.

M. Porcii Catonis Commentarii iuris Civilis.

Festus.
Cato in Commentariis iuris civilis: Mundo nomen impositum est ab eo mundo qui supra nos est. Forma enim eius est ex iis, qui intravere cognoscere potuit, adsimilis ille. (Scalig. *Forma en. e. est*, *ut ex iis q. i. cog. potui*, *ads. illi.*)

Cicero de Oratore, 2, 33.
Video in Catonis et Bruti libris nominatim fere re-

---

*) Cf. Quintilian. Instit. 3, 1, 19.

ferri, quid alicui de iure viro aut mulieri responderint.

M. Porcii Catonis Epistolae *).

Priscianus 6, 16, 84. 7, 11, 59.
Cato in epistola ad filium: Ex dolore, ex febri, ex siti, ex medicamentis bibendis, ex cataplasmatis [bibendis], ex alvo lavando.

Mar. Victorin. in Rhetorica Cicer. p. 252. ed. Capperonn.
Factum solum negotium est; propositio facti cum persona eius qui arguitur vel quolibet alio modo invidiam comparans aut extenuans, summa dicetur. Et haec est, quam Cato in libro suo appellat *Vires causae*.

Cicero de Offic. 1, 11.
Cato ad Popillium (Sarisber. Polycrat. 6, 7. *Pompilium*; fort. *P. Aemilium*. v. intpp. Cic.) scripsit, ut, si eum (*Catonem filium*) pateretur in exercitu remanere, secundo eum obliget militiae sacramento, quia, priore amisso, iure cum hostibus pugnare non poterat.

Idem ibid.
Scribit (ad M. filium), se audisse eum missum factum esse a Consule, cum in Macedonia Persico bello miles esset. Monet igitur, ut caveat, ne proelium ineat; negat enim eius esse, qui miles non sit, pugnare cum hoste. (cf. Plut. Quaestt. Rom. 39.)

Plutarchus Catone c. 20. fin.
Καὶ Κάτωνος αὐτοῦ φέρεταί τις ἐπιστολὴ πρὸς τὸν

---

*) cf. Frontin. Strategem. 1, 1.

υἱὸν, ὑπερφυῶς ἐπαινοῦντος τὴν περὶ τὸ ξίφος φιλοτιμίαν αὐτοῦ καὶ σπουδήν. I. e. Et ipsius Catonis exstat ad filium epistola, qua supra modum extollit contentionem eius de gladio et curam. (cf. Iustin. 32, 2. Valer. Max. 3, 2, 16. Frontin. 4, 5.)

Festus sub *Praedonulos.*

Praedonulos Cato *ὑποκοριστικῶς* dixit in Epistularum: Quia saepe utiles videntur praedonuli. (Scalig. *Praedonculi; ut latrunculus.*)

Idem sub *Mansues.*

Mansues pro mansuetus dixit M. Cato in epistola ad . . . . mansues ad . . . .

Epistolicae Quaestiones.

Gellius 7, 10, 2.

Verba Catonis sunt ex primo Epistolicar. Q.: Pignori capio ob aes militare, quod aes a Tribuno aerario miles accipere debebat, vocabulum seorsum fit.

M. Porcii Catonis Orationes.

Servius ad Virgil. Aen. 7, 259.

Secundum priscam consuetudinem locuturus de publica utilitate, i. e. pace et nuptiis filiae, facit ante deorum commemorationem, sicut etiam in omnibus Catonis orationibus (al. *traditionibus*) legimus. (cf. ad Aen. 11, 301.)

I. *De Consulatu suo, s. Dierum Dictarum consulatu suo.*

Charisius lib. 2.

p. 204. Atque quanquam multa nova miracula fecere inimici mei, tamen nequeo desinere mirari, eo-

rum audaciam atque confidentiam. — p. 192. Video te (videtote) quanto secus ego fecerim. — p. 195. Secus aetatem agerem, quam illi egissent. — p. 179. Et rei da (*ei rei dant*) operam, ut mihi falso maledicatur. — p. 194. Ego mihi monumenta [haec] sempiterno posui quae cepi. — p. 181. Egoque iampridem cognovi atque intellexi atque arbitror, Rempublicam curare industrie, summum periculum esse. — Omnia ab integro paranda erant. (cf. Serv. ad Virgil. Ecl. 4, 5.) — p. 184. Laudant me maximis laudibus, tantum navium exercitum, tantum commeatum non opinatum esse quemquam hominem maturrime comparare potuisse. — ibid. Tam maturrime comparavisse. — p. 185. [Deinde] postquam Massiliam praeterimus, inde omnem classem ventus auster lenis fert; mare velis florere videres ultra angulum (Livius *sinum*) Gallicum. Ad illum enim atque Rusci nomen (*Ruscinonem*) deferimur. (Edit. princ.: *Gallic., ut illic memini at quaeras cum nomen deferimus.*) Inde noctu aura profecti sumus. — p. 187. Mihi atque classi obviam fiunt.

Gellius 4, 17, 15.

M. Cato in oratione, quam de consulatu suo habuit: Ita hos fert ventus ad priorem Pyrenaeum quos proiicit in altum.

Charisius II. p. 186.

Eas res non posse sustineri, nisi eo praesidia magna frumentumque * (*mittatur.*) Nam ita dicunt palam necesse esse obturata. — p. 197. Omnia tumultu plena, simul hostium copiae magnae contra me sedebant, usquequaque lacessebamur. — ibid. Interea [et] ad socios nostros sedulo dispertieram, alio frumentum, alio legatos, alio literas, alio praesidium usquequaque. — p. 191. Postquam auspicavi, atque exercitum adduxi pone versus castra hostium * villa est

patrui, hic age, est ubi stas. Pone versum illac mare est. — ibid. Nostros pone versus, hosteis esse ab dextera parte. — p. 193. Iam apud vallum nostri satis agebant. — p. 196. Id ego primo minus animadverti; veniunt, iterum atque [etiam] tertium tumultuosius. — p. 190. Eam ego vim (*viam*) pedetentim temptabam. — ibid. Me sollicitum atque excitum (exercitum) habitum esse, atque porro fore. — p. 190. Itaque porro in Turtam (*Turditaniam*) proficiscor, servatum illos. — ibid. Inde pergo porro ire [in] Turtam. — p. 184. Item uti a Thermopylis atque ex Asia maximos tumultos maturissime disieci atque consedavi. — p. 198. Qui maximus (*maximis*) vocibus ac vicissim. — p. 196. Si cuperent temere hostes fieri, temere fieri nunc (*non*) possent. — ibid. Censores qui posthac fiant (*fient*), formidolosius atque segnius atque timidius pro Republica nitentur.

Festus sub *Mediocriculo*, et sub *Recto fronte*. Mediocriculo usus est in ea quam dixit Cato in Consolatu: Ridibundum magistratum gerere (al. *genere;* Paulus omitt. hoc v.) pauculos homines, mediocriculum exercitum obviam duci. — Recto fronte ceteros sequi si norit. Cato in dissertatione consulatus.

II. *Cum in Hispaniam proficisceretur.*

Festus sub *Navitas.*

*Navi*tas secundum inco*rruptam* consuetudinem (s. *incorruptum morem*) *dic*tos quos nunc *nos nautas dicimus testis est* Cato in ea quam scr*ipsit*, *cum in Hispaniam proficisce*retur, cum ait: Navitae . . . . vinum atque oleum u . . . . *).

---

*) Popma coniecit locum fort. ita restituendum: *Navitae quod habebant vinum atque oleum, usus tantum eo sum;*

Appuleius Apologia.
Tres servos solos ex urbe duxisse. (cf. Plutarch. Cat.) Quoniam ad villam publicam *), parum visum qui uteretur iussisse duos pueros in foro de mensa emi eos quinque in Hispaniam duxisse.

III. *Pro se contra C. Cassium.*

Gellius 10, 14, 3.
Atque evenit ita, Quirites, uti in hac contumelia, quae mihi per huiusce petulantiam factum itur, rei quoque publicae medius fidius miserear, Quirites.

IV. *Pro L. Turio contra Cn. Gellium.*

Nonius sub v. *Plevitatem.*
Cato pro Veturio (edit. Venet. *Vectur.*): Propter tenuitatem et plevitatem (*plebitat?*).

Gellius 14, 2, 21. 26.
Utare M. Catonis, prudentissimi viri, consilio, qui in oratione quam pro L. Turio contra Cn. Gellium dixit, ita esse a maioribus [memoriae] traditum observatumque ait, ut si, quod inter duos actum est, neque tabulis neque testibus planum fieri possit, tum apud iudicem, qui de ea re cognosceret, uter ex iis vir melior esset, quaereretur, et, si pares essent, seu boni pariter seu mali, tum illi, unde petitur, crederetur, ac secundum eum iudicaretur. — Verba ex

---

coll. Plin. Hist. Nat. 14, 13.: Cato cum in Hispaniam navigaret, unde cum triumpho rediit: Non aliud, inquit, vinum bibi, quam remiges. Scaliger: *Navitae quod secum portaverant vin. atq. ol., usus tantum eo sum.* Frontin. Strateg. 4, 3, 1.: M. Catonem vino eodem, quo remiges, contentum fuisse, traditur. Valer. M. 4, 3, 11.

*) Quae erat hospitio magistratibus cum imperio in provincias exeuntibus. *Popma.*

oratione M. Catonis haec sunt: Atque ego a maioribus memoria sic accepi: si quis quid alter ab altero peterent, si ambo pares essent, sive boni sive mali essent, quod duo res gessissent, uti testes non interessent, illi unde petitur, ei potius credendum esse. Nunc si sponsionem fecissent Gellius cum Turio: Ni Vir Melior Esset Gellius Quam Turius, nemo, opinor, tam insanus esset, qui iudicaret, meliorem esse Gellium, quam Turium; si non melior Gellius est Turio, potius oportet credi unde petitur.

V. *Pro L. Autronio* (al. Antonio).

Priscianus lib. 9, cap. 9, 47.

Beneficii postridie iussisti adesse in diem, ex die non ausi (i. e. *ausus sum*) recusare.

VI. *Pro L. Caesare ad Populum.*

Priscianus 10, 5, 28.

Quod (al. *quem*) ego me (al. *non*) spero ostenturum.

VII. *Pro L. Caesetio.*

Festus sub *Sultis.*

Sultis, si voltis. — M. Cato pro L. Caes.: Audite, sultis, milites; si quis vestrum in bello superfuerit, si quis non invenerit pecuniam, egebit?

VIII. *Pro Rhodiensibus.* (v. Origg. lib. V.)

IX. *Adversum Tib. Sempronium Longum Exulem.*

Gellius 2, 14.

In libro vetere M. Catonis qui inscribitur Contra Tib. Exulem scriptum sic erat: Quid si vadimonium capite obvoluto stitisset *)?

---

*) Significat reum fuisse criminis capitalis, aut turpis. Nam in periculo, vel re turpi caput operiebant. *Popma.*

Priscianus 6, 18, 94.
Si posset auctio fieri de artibus tuis (Ms. Wassii *A: suis*), quasi supellectilis solet.

X. *In Q. Minucium Thermum.*

Festus sub *Ratissima.*
Ratissima quoque ab iis quae rata dicimus; unde etiam rationes dictae. Cato in Q. Th.: Erga rempublicam multa beneficia ratissima (i. e. *certissima*) atque gratissima.

Festus sub *Sacrem.*
Sacrem *porcum dici ait Verrius* ubi iam *a partu habetur purus, a qua* re appell*atum esse sacrem dicit;* ita id adi*cit, quod parum opus est, omisit* voca*buli etymon. Ca*to adver*sus Q. Min. Ther*mum post . . . . *sac*rem in sin*u mactavit.*

Priscianus 3, 1, 8. 8, 3, 12. et 10, 9, 56.
Sed a benefactis, [atque] ab optimis artibus fugit [quam] maxima fugella (al. *flagella; fugela;* cf. Voss. Instit. Gr. 4, 27.) perpetuissimo curriculo. — Postquam diutus fitur. — Mortuus est, sepelitus est.

Rufinianus de figuris p. 33. ed. Capperon. p. 210. ed. Ruhnk.
Cato in Thermum post censuram: Qui ventrem suum non (Barth. Advers. 16, 13. *nummo.* cf. 38, 6.) pro hoste habet, qui pro Rep., non pro sua obsonat, qui stulte spondet, qui cupide aedificat. (De prodigo sermo esse videtur.)

XI. *In Q. Minucium Thermum de Quaestione in Ptolemaeum Minorem (Euergeten).*

Priscianus 3, 2, 14.
De Ptolemaeo (*Philometore*), rege optimo atque (al. *et*) beneficentissimo.

Idem 3, 1, 8.

Cato de Ptolemaeo minore, de Thermi Quaestione: Quantoque suam vitam superiorem atque ampliorem, atque antiquiorem animum inducent esse quam innoxiiorem.

Gellius 20, 11, 5. 18, 9, 1.

Per deos immortales nolite vos sequestro ponere. — Sed si omnia dolo fecit, omnia avaritiae atque pecuniae causa fecit, eiusmodi scelera nefaria, quae neque insecendo (h. e. insequendo i. e. fando) neque legendo audivimus; supplicium pro factis dare oportet.

XII. *In Q. Minucium Thermum de suis virtutibus.*

Festus sub *Repastinari*, *Ordinarium*, *Primanus* et *Oratores*.

Repastinari ager is dicitur, ut Verrius existimat, cuius natura mutatur fodiendo, cum aut silvester excodicatur, aut lapis mollitur frangendo, ut fiat pascui (*pascuus*), vel pecoribus herba, vel hominibus satione. Cato in ea quam scripsit de suis virtut. contra Th.: Ego iam a principio in parsimonia atque in duritia atque industria omnem adolescentiam meam abstinui (i. e. *remotam habui;* al. *obstinui;* s. *obstinavi*), agro colendo, saxis Sabinis, silicibus repastinandis atque conserendis. — Ordinarium hominem Oppius ait, dici solitum, scurram et improbum qui assidue in litibus moraretur, ob eamque causam in ordine staret adeuntium Praetorem. At Aelius Stilo qui minime *ordine viveret* . . . . *in ea* oratione quam scribit de suis virtutib. contra Th.: Quid mihi fieret, si non ego stipendia in ordine omnia ordinarius meruissem semper? — Primanus Tribunus apud Catonem in ea quae est contra Th. de suis virtutib. . . . . — Cato in

ea quam scripsit de suis virt. contra Th.: M. Fulvio Consuli legatus sum in Aetoliam, propterea quod ex Aetolia complures venerant, Aetolos pacem velle; de ea re Oratores (i. e. *Legatos*) Romam profectos.

Isidorus Etymol. 20, 3, 8.

Honorarium vinum, quod regibus et potentibus honoris gratia offertur. Cato de innocentia sua: Cum essem in provincia Legatus, complures ad Praetores et Consules vinum honorarium dabant (Ms. Cantabr. Wass. *dabatur*), nunquam accepi, nec (*ne*) privatus quidem.

Gellius 16, 14, 2. Nonius sub *Festinare*, et Isidor. de Different. Verbor. V. 5. p. 57. ed. Areval. Aliud est properare, aliud festinare. Qui unum quid (Isidor. *unumquodque*) mature transigit (al. *mature transit*), is properat, qui multa simul incipit, neque perficit, is festinat. Ego unumquodque quod adortus eram, transigebam. Servius ad Virgil. G. 1, 260.: Cato properare dicit eos, qui prima quaeque ordine suo maturare transigunt; festinare autem illos, qui multa incipiunt eaque adnectendo nec terminando praepediant.

XIII. *In Q. Minucium Thermum de decem hominibus.*

Festus sub *Spiciunt.*

Spiciunt antiquos *dixisse in soluta oratione* (s. *sine praepositione*) testis est Cato in ea quam *habuit contra Th. de* septem (*decem*) hominib., ut solent *evitare Sonivios*, nisi qui sempiterni sunt, quos, *dum occurrant*, ne (*nec*) spiciunt, neque ratos *esse volunt.*

Idem sub *Multifacere.*

Multifacere antiqui dicebant sicut magnifacere, *item et parvifacere. Testis est M. Cato* in ea quam scripsit *contra Q. Min. Therm. de* X. hominibus:

Neque fidem, neque iusiurandum, neque pudicitiam multifacit.

Gellius 13, 24, 12.

Tuum nefarium facinus peiore facinore operire postulas; succidias humanas facis; tantas trucidationes facis; decem funera facis, decem capita libera interficis, decem hominibus vitam eripis, indicta causa, iniudicatis, incondemnatis.

Nonius sub *moletrina.*

Cato in Thermum: Nervo, carcere, moletrina.

Festus sub *Obstinato.*

Obstinato, obfirmato, perseveranti, ut tenere possit. Cato in Q. Therm. de decem hom.: Rumorem, famam flocci fecit captus (Scalig. *intercutibus*) stupris, obstinatus insignibus flagitiis. (Scalig. *stupr. obst., insignib. probris flagitatus.* v. infra fragmm. incert. ex Prisc.)

Idem sub *Sacramento.*

Sacramento dicitur, quod *iurisiurandi sacratione* interposita actum *est; unde quis sacrame*nto dicitur interrogari, quia *iusiurandum interponitur. Cato* in Q. Therm. de X. *hominibus: Tum vero ibi aderat*, ne mala *facinora bona fide aut* scelera nefaria fier*ent, qui dicerent, sacrame*nto traderentur, lege aesti*marentur.*

Idem sub *Nequinates.*

Nequinates Narniensis *dicti sunt, qui e Nequino oppido eiectis col*onis veteribus *ibi habitarunt. Cato in ea adv*ersus X. *homines.*

XIV. *In Q. Min. Thermum de falsis pugnis* (Lips. VV. LL. 2, 14. *poenis*).

Gellius 10, 3, 17.

Dixit a Decemviris parum sibi bene cibaria curata esse; iussit vestimenta detrahi, atque flagro caedi;

decemviros Bruttiani verberavere; videre multi mortales. Quis hanc contumeliam, quis hoc imperium, quis hanc servitutem ferre potest? Nemo hoc rex ausus est facere. Eane fieri bonis, bono genere gnatis, boni consulitis? Ubi societas, ubi fides maiorum? Insignitas iniurias, plagas, verbera, vibices, eos (Nonius sub *Vibices* pro *eos* hab. *vis*) dolores atque carnificinas, per dedecus atque maximam contumeliam, inspectantibus popularibus suis atque multis mortalibus, te facere ausum esse? Sed quantum luctum, quantumque gemitum, quid lacrumarum, quantumque fletum factum audivi. Servi iniurias nimis aegre ferunt. Quid illos, bono genere gnatos, magna virtute praeditos, opinamini animi habuisse, atque habituros, dum vivent?

XV. *In L. Veturium de sacrificio* (*sacrilegio*) *commisso* (Popma *omisso*).

Nonius sub *Duritudo*, et Gellius 17, 2, 20.
Qui illius imprudentiam (al. *impud.*), qui norat et duritudinem.

Festus sub *Stata.*
Stata sacrificia sunt, quae certis diebus fieri debent. Cato in ea, quam scribit de L. Veturio, de sacrificio comm., cum ei equum ademit: Quod tu, quod in te fuit, sacra stata, sollemnia, capite sancta deseruisti.

Priscianus 6, 3, 16. et 8, 3, 12.
Cato contra Veturium: Aquam Anienem (al. *aquam ab aniene;* Lipsius VV. LL. 3, 11. legit *Anienam.*) in sacrarium inferre oportebat. Non minus autem [quam] quindecim millia (al. *millibus*) Anien abest. — Cato de L. Veturio: Graeco ritu fiebantur Saturnalia.

Festus sub *Prohibere.*
Prohibere comitia dicitur vitiare diem morbo, qui

vulgo quidem maior, ceterum ob id ipsum comitialis appellatur. Cato in oratione quam scripsit de sacrilegio commisso: Domi cum *) auspicamus, honorem me Dium immortalium velim habuisse. Servi, ancillae, si quis eorum sub centone crepuit, quod ego non sensi, nullum mihi vitium facit. Si cui ibidem servo aut ancillae dormienti evenit, quod comitia prohibere solet, ne is (al. *id*) quidem mihi vitium facit.

Priscianus 6, 7, 40. et 10, 3, 17.

Cato de sacrificio commisso: Mense Octobri fecimus, Novembris reliquus erat. — Cato Censorius de Veturio: Hostem num icit? (Al. *numum*, *nimium*, *Numium*, *non*, *nunc icit.*)

Gellius 7, 22, 3.

Cato - - obiicit hanc rem (equiti corpulentiam) criminosius, uti magis videri possit cum ignominia fuisse.

XVI. *In M. Coelium, si se Coelius Trib. Pleb. appellasset.*

Festus sub *Spatiatorem.*

Spatiatorem, erratorem. Cato in M. Coel., si se appellavisset: In Coloniam mehercules scribere nolim, si Triumvir sim, spatiatorem atque fesceninum (i. e. *hominem otiosum*, *et lascivum*).

Macrobius Saturn. 2, 10.

M. Cato senatorem non ignobilem Caecilium spatiatorem et fescenninum vocat, eumque staticulos dare his verbis ait: Descendit de cantherio, inde staticulos dare (i. e. *saltationem statariam quandam;* cf. Turneb. Advers. 18, 4. Salmas. ad Solin. p. 94,

*) Post mediam noctem; quod genus auspicii *silentium* appellabatur. *Popma.*

a, B.), ridicularia fundere. — Praeterea cantat, ubi collibuit, interdum Graecos versus agit, iocos dicit, voces demutat (Saresb. *denuctat*), staticulos dat *).

Festus sub *Citeria*.

Citeria appellabatur effigies quaedam arguta et loquax, ridiculi gratia, quae in pompa vehi solita sit. Cato in M. Caecilium: Quid ego cum illo dissertem amplius? Quem ego denique credo in pompa vectitatum ire (*iri*) ludis pro citeria, atque cum spectatoribus sermocinaturum?

Gellius 1, 15, 9. 10.

Nunquam tacet, quem morbus tenet loquendi, tanquam veternosum bibendi atque dormiendi; quod si non conveniat is, cum convocari iubet, ita est cupidus orationis, ut conducat qui auscultet. Itaque auditis, non auscultatis, tanquam pharmacopolam; nam eius verba audiuntur; verum ei se nemo committit, si aeger est. — Frusto panis conduci potest (*M. Coelius*), vel uti taceat, vel uti loquatur.

Priscianus 6, 7, 36.

Cato in M. Caecilium: [Et] quis illi modi esse vult?

Festus sub *Pro scapulis*.

Pro scapulis cum dicit Cato, significat pro iniuria verberum. Nam complures leges erant in cives rogatae, quibus sanciebatur poena verberum, his significat prohibuisse multos suos civis in ea oratione, quae est contra M. C.: Si em (Scaliger *Hostem*) percussi, saepe incolumis abii. Praeterea pro Repu-

---

*) Saresberiensis De Nugis Curial. 8, 12. Catoni quoque visum est, bene cantare non serii hominis esse. Unde nimirum Marcum senatorem non ignobilem, Caecilium spatiatorem et fescen. vocat, cumq. static. d. his verb. ait: Descendit etc.

blica, pro *) scapulis, atque aerario multum reipublicae profuit.

Idem sub *Naeviam silvam.*

Naeviam silvam vocitatam extra *urbem ad milliare quar*tum, quod Naevii cuius*dam ibi domus fuerit, a quo* Nemora Naevia ap*pellata etiam fuisse Verrius* ait, quam obprobrii lo*co obici ab antiquis solere,* quod in ea morari ad*suessent perditi ac nequam homines,* testis est M. *Cato in ea quam scripsit in M.* Coelium si se appella*visset: Orsus iterum* (s. *app.; a qua silva porta N.*) a porta Naevia atque ex*inde in nemora Naevia a domo procul Naevia.*

XVII. *In M. Fulvium Nobiliorem.*

Gellius 5, 6, 24. 25.

Iam principio quis vidit, corona donari quenquam, cum oppidum captum non esset, aut castra hostium incensa non essent?

Festus sub *Retr.*

Retricibus (*scil. aquis*) cum ait Cato in ea quam scripsit, cum edissertavit Fulvii Nobilioris Censuram, significat aquam eo nomine, quae est supra viam Ardeatinam inter lapidem secundum et tertium, qua irrigantur horti infra viam Ardeatinam et Asinariam usque ad Latinam.

Cicero Tuscul. Quaest. 1, 2, 3.

Honorem huic generi (*poëtarum*) non fuisse declarat oratio Catonis, in qua obiecit ut crimen M. Nobiliori, quod is in provinciam poëtas duxisset. Duxerat autem consul ille in Aetoliam, ut scimus, Ennium.

---

*) Dicit se poenas verberum a multorum civium corpore amovisse. *Popma.*

XVIII. *In Lentulum apud Censores.*

Gellius 5, 13, 4.

Quod maiores sanctius habuere defendi pupillos, quam clientem non fallere; adversus cognatos pro cliente testatur; testimonium adversus clientem nemo dicit; patrem primum, postea patronum proximum nomen habere.

XIX. *Contra C. Pisonem.*

Priscianus 10, 8, 43.

Video hac tempestate con[cu]currisse (al. *cucurr.*) omnes adversarios [meos.]

XX. *In L. Furium de Mulcta* *).

Festus sub *Vindiciae.*

Vindiciae appellantur res eae, de quibus controversia est, quod potius dicitur ius quia fit (Ursin. *est; aut potius dicuntur vindiciae*) inter eos qui contendunt. M. Cato in ea quam scripsit L. Furio: De aqua . . . . Praetores secundum populum vindicias dicunt.

Charisius II, p. 192. I, p. 101.

Cato in primo contra F. de M. de caro emptis: O quanti ille agros emit, qua aquam duceret! — Cato de m. contra L. F.: Domi meae saepe fuit.

Servius ad Virgil. Aen. 4, 244.

Cato in L. Furium: De aqua, quod attinet ad salinatores aerarios **), (*is*) cui cura vectigalium resignat ***); et idem (*eadem?*) in oratione: Ne spolia

---

*) Oratio habita in Censura, cum L. Curio mulcta dicta esset ob aquam publicam derivatam. Liv.

**) Qui vectigal ex sale accipiebant et referebant in aerarium publicum.

***) I. e. rescribit, in tabulas refert. Fest. Servius interpretatur *damnat.*

figerentur nisi de hoste capta, sed tum ubi ii dimissi sunt revertantur resignatis vectigalibus.

Charisius II, p. 189.
Prorsum quodcunque videbat fecisse, neque quenquam observavisse. — p. 186. Necessario faciendum fuit.

Gellius 10, 24, 10. et Nonius sub *Proximi.*
Die proximi. (Non. *die proximi hoc dicit.*)

XXI. *In L. Furium pro Lusitanis.*

Asconius in Divinatione et Corn. Nepos Cat. Cato accusavit Ser. Galbam pro direptis Lusitanis, et L. Furium pro iisdem, pro iniquissima aestimatione frumenti.

XXII. *In Oppium.*

Festus sub *Quadrantal.*
Quadrantal vocabant antiqui, quam ex Graeco ἀμφορὰν dicunt, quod vas pedis quadrati octo et XL. caput sextarios. Cato contra Opp.: Vinum redemisti, praedia pro vini quadrantalibus sexaginta in publicum dedisti *), vinum non dedisti.

XXIII. *Contra Cornelium apud Populum.*

Idem sub *Repulsior.*
Repulsior secunda conlatione (*comparative*) dixit Cato in ea quae est contra Corn. ap. P.: Nec quis incultior, irreligiosior, desertior, publicis negotiis repulsior.

XXIV. *In Pansam.*

Nonius sub *Pasceolus.*

---

*) Pignori, ex lege mancupiorum: Populo praediis praedibusque cavere. *Popma.*

Pueri in ludo solent pasceolos furari *).

XXV. *Adversus Lepidum.*

Fronto de Feriis Alsiensibus II. p. 175. Mai. Catonem quoque in Oratione adversus Lepidum verbum cantari solitum commemorasse, cum ait: Statuas positas Ochae atque Dionysidoro effeminatis, qui magiras facerent. (Cato tamen Uticensis etiam contra Lepidum quendam dicere potuit.)

XXVI. *Contra Annium.*

Festus sub *Superescit.*
Super ponitur etiam pro de. Cato contra An.: Nemo antea fecit super tali re cum hoc magistratu utique rem.

XXVII. *In Q. Sulpicium.*

Idem sub *Nassiterna.*
Nassiterna est genus vasis aquarii ansati et patentis, quale est quo equi perfundi solent. Cato in ea oratione quam composuit in Q. Sulp.: Quotiens vidi trulleos, nassiternas, (Scalig. *trullos, nasiter.*) pertusos aequalis, matellas sine ansis.

XXVIII. *Adversus M'. Acilium quarta.*

Idem sub *Penatores.*
Penatores qui penus gestant. Cato adversus M'. Acil. quarta: Postquam navitas ex navibus eduxi,

---

*) Libri vett. *Pueris in l.* telos s. *tellos* (*talos?*) *pasceolos furare;* Popma coniecit: *ocellos pasceolos.* Palmer. Spicileg. p. 785. Lampadis Gruter. T. IV.: *Pueris in ludo soleas et sacellos pasceolos furari.* Pansam puerum pueris in schola soleas, sacellos, i. e. parvos saccos, furatum esse.

non ex militibus atque nautis, piscatores penatores (Dacier: *venatores*) ficedularum *) dedi.

XXIX. *In L. Quintium Flaminium.*

Livius 39, 42. 43.

Catonis et aliae quidem acerbae orationes exstant in eos, quos aut senatorio loco movit, aut quibus equos ademit. Longe gravissima in L. Quintium **) oratio est, qua si accusator ante notam, non censor post notam, usus esset, retinere Quintium in senatu ne frater quidem T. Quintius, si tum censor esset, potuisset. Inter cetera obiecit ei, Philippum Poenum carum ac nobile scortum, ab Roma in Galliam provinciam spe ingentium donorum perductum; eum puerum, per lasciviam cum cavillaretur, exprobrare consuli persaepe solitum, quod sub ipsum spectaculum gladiatorium abductus ab Roma esset, ut obsequium amatori venditaret. Forte epulantibus iis, cum iam vino incaluissent, nuntiatum in convivio esse, nobilem Boium cum liberis transfugam venisse; convenire consulem velle, ut ab eo fidem praesens acciperet. Introductum in tabernaculum per interpretem alloqui consulem coepisse. Inter cuius sermonem Quintius scorto: Vis tu, inquit, quoniam gladiatorium spectaculum reliquisti, iam hunc Gallum morientem videre? Et cum is vixdum serio annuisset, ad nutum scorti consulem stricto gladio, qui super caput pendebat, loquenti Gallo caput primum percussisse, deinde fugienti, fidemque populi

---

*) Vetus cod. *ficisedarum;* Popma coniecit: *fiscellarum,* ut sint *penat.*, qui penum in fiscellis gestant. Ursin. *feci, sed cibum dedi;* Dacer. *sed aurum dedi.*

**) cf. Cic. de Senect. 12, 42. Plutarch. Cat. c. 17. Flaminin. c. 18. 19. Valer M. 2, 9, 3.

Romani atque eorum qui aderant, imploranti latus transfodisse. — In extrema oratione Catonis conditio Quintio fertur, ut, si id factum negaret ceteraque quae obiecisset, sponsione defenderet sese; sin fateretur, ignominiane sua quemquam doliturum censeret, cum ipse vino et Venere amens, sanguine hominis in convivio lusisset?

XXX. *In Manilium.*

Plut. Cat. c. 17, fin.

Ἄλλον δὲ βουλῆς ἐξέβαλεν ὑπατεύσειν ἐπίδοξον ὄντα, Μανίλλιον, ὅτι τὴν αὑτοῦ γυναῖκα μεθ' ἡμέραν ὁρώσης τῆς θυγατρὸς κατεφίλησεν. Αὐτῷ δ' ἔφη τὴν γυναῖκα μηδέποτε, πλὴν βροντῆς μεγάλης γενομένης, περιπλακῆναι· καὶ μετὰ παιδιᾶς εἰπεῖν αὐτὸν, ὡς μακάριός ἐστι τοῦ Διὸς βροντῶντος. I. e. Alium senatorem movit, Senatu Manilium, quem omnium opinio consulem designabat, quod uxorem interdiu fuisset, inspectante filia, osculatus. Uxorem suam, ait, nisi magno tonitru, nunquam complexum sibi tulisse, atque per iocum dicere se solitum, Iove tonante se beatum esse.

XXXI. *In Ser. Galbam apud Milites.* (v. Origin. lib. VII.)

XXXII. *De Lusitanis cum Galbam accusavit.* (v. Origg. lib. VII.)

XXXIII. *Ad Magnum.*

Diomedes I. p. 362. Putsch.

Cato ad Magnum ait: Interempto praestari.

XXXIV. *Apud* (Ruhnken. scribit *ad*) *Athenienses.*

Rufinian. de Figur. sentent. p. 31. Capperonnier. p. 199. Ruhnken.

Antiochus epistolis bellum gerit, calamo et atramento militat. *).

XXXV. *De re Floria* (Non. *floriana*).

Fortunatianus Artis Rhetor. lib. II. p. 81. ed. Capper.
Concisa (*oratione*) tunc tantum utemur, quando quaedam adversa sunt nobis; immo et cum singulae res gestae maximam invidiam continent, adversariorum possumus narrationem concidere, ut praepositis singulis rebus statim exaggeratione utamur. Cur ita? Ut indignationem iudicum non semel, sed saepius in rebus singulis excitemus, sicuti fecit M. Cato de re Floriana.

Gellius 1, 21.
Ibi pro scorto fuit, in cubiculum surrectitavit e convivio; cum partim illorum iam saepe ad eundem modum erat.

Nonius sub v. *Suspiciosus* et Gellius 9, 12, 7.
Sed nisi (al. *si*) qui palam corpore pecuniam quaereret, aut se lenoni locavisset, et si fabulosus (al. *famosus*) et suspiciosus fuisset (al. esset), vim in corpus liberum non aequum censuere afferri.

---

*) Plutarchus Cat. c. 12: *Καὶ λέγεται μὲν τις αὐτοῦ φέρεσθαι λόγος, ὃν Ἑλληνιστὶ πρὸς τὸν δῆμον εἶπεν, ὡς ζηλῶν τε τὴν ἀρετὴν τῶν παλαιῶν Ἀθηναίων, τῆς τε πόλεως διὰ τὸ κάλλος καὶ τὸ μέγεθος ἡδέως εἴη γεγονὼς θεατής. Τὸ δ' οὐκ ἀληθές ἐστιν· ἀλλὰ δι' ἑρμηνέως ἐνέτυχε τοῖς Ἀθηναίοις κ. τ. λ.* I. e. Dicitur autem oratio quaedam eius exstare, quam Graece ad populum habuerit (Athenis), in admiratione veterum virtutem Atheniensium habere se, urbemque pulchritudinis et amplitudinis causa libenter visisse. Hoc tamen verum non est, sed per interpretem est populum allocutus Atheniensium etc.

XXXVI. *De Agna musta* (i. e. *nova;* cf. Priscian. 6, 14, 73.), *pascenda.*

Priscianus 3, 1, 4 et 14, 3, 33.
Citer ager (al. *agnus*) allegatus (al. *alligat.*) ad sacra erit *).

XXXVII. *Uti Basilica aedificetur* **).

Priscianus 8, 14, 78.
Antequam is vilicare (al. *villic.*) coepit.

XXXVIII. *De Indigitibus.*

Festus sub *Sequester.*
Sequester is dicitur, qui inter aliquos, *qui certant, medius, ut* (s. *aliq. placuit, ut quod*) inter eos convenerit, *depositum ita tenet ali*quid, ut ei reddat, qui id *deberi iure, sibi con*stiterit. Cato in ea ora*tione quam habuit* de Indig.: Sinunt *miseros perire,* ut bona rapiant aut *si superstites petant ut* sequestro dent. (cf. Gell. 20, cap. ult.)

XXXIX. *De Auguribus.*

Festus sub *Probrum virginis.*
Probrum virginis Vestalis, ut capite puniretur, vir qui eam incestavisset verberibus necaretur; lex fixa in atrio Libertatis cum multis aliis legibus incendio consumpta est, ut ait M. Cato in ea oratione quae de Auguribus inscribitur. Adiicit quoque virgines Vestales sacerdotio exauctorat*as quae incesti damnatae, vivae defossae sunt, quod sacra Vestae matris polluissent, nec tamen licet nocentes, extra urbem*

---

*) I. e. ager, qui citra est, ad sacrorum sumtus destinatus, constitutus est. cf. Voss. de Arte Gr. 4, 25.

**) cf. Plut. Cat. c. 19.

obruebantur, sed in Campo proxime portam Collinam, qui sceleratus appellatur.

XL. *De Aedilibus vitio creatis.*

Gellius 13, 16, 1.

Nunc ita aiunt, in segetibus et in herbis *) bona frumenta esse. Nolite ibi nimiam spem habere. Saepe audivi, inter os atque offam multa intervenire posse. Verum vero inter offam atque herbam ibi vero longum intervallum est.

Festus sub *Neminis.*

Neminis genitivo casu usus est Cato, cum dixit: et quis dicere (*diceret?*), cum sit *neminis. Idem de magistratibus* (s. *aedilibus*) vitio creatis: neminisque. . . . .

XLI. *Aedilis plebis sacrosanctos esse.*

Festus sub *Sacrosanct.*

Sacrosanctum dicitur, quod iureiurando interposito est institutum; si quis id violasset, ut morte poenas penderet; cuius generis sunt tribuni plebis Aedilesque eiusdem ordinis; quod affirmat M. Cato in ea quam scripsit Aedil. pl. sacr. esse.

XLII. *De tribunis Militum.*

Nonius sub *Proletarii.*

Expedito pauperem, plebeium, atque proletarium.

Idem sub *Clivus.*

Loca ardua et cliva depressa.

XLIII. *De moribus Cl. Neronis.*

Priscianus 6, 7, 36.

---

*) Frumenta in herbis sunt, cum herbescens viriditas emergit de semine occato. *Popma.*

Pecunia mea reipublicae profuit (*magis*, s. *potius*), quam isti (i. e. *istius*) modi uti tu es.

Nonius sub *Fulguratoris*.

Haruspicem, fulguratorem, si quis adducat.

XLIV. *De re Histriae militari.*

Festus sub *Punctatoriolas*.

Punctatoriolas (cod. *Punctariolas*; al. *Pugnariolas*) levis pugnas appellat Cato in ea quam dixit de re Histr. mil.

XLV. *De triumpho ad Populum.*

Priscianus 3, 1, 8.

Asperrimo atque arduissimo (cod. Dresd. *induiss.*) aditu.

XLVI. *De signis et tabulis.*

Festus sub *Redempt.*

Redemptitavere item ut clamitavere, idem (Cato) in ea qua egit de sign. et tab.: Honorem temptavere (Popma *emptitav.*) ait, malefacta benefactis non redemtitavere.

XLVII. *De Spoliis.*

Idem sub *Resignare*, et Servius ad Virgil.

Resignare antiqui pro rescribere ponebant, ut adhuc subsignare dicimus pro subscribere. Cato de spoliis, ne figerentur nisi quae de ho*stibus capta essent. Sed tum ubi ii divisi* (Scal. *indivisi*) *sunt*, re*vertantur resignatis vectigalibus.*

XLVIII. *De praeda militibus* (Non. *militum*) *dividunda.*

Gellius 11, 18, 18.

Fures privatorum furtorum in nervo atque in compedibus aetatem agunt; fures publici in auro atque in purpura.

Nonius sub *Avariter et Fite.*
Fraudulenter atque avariter. — Tu dives fite.

XLIX. *Uti praeda in publicum referatur.*

Priscianus, 7, 19, 95.
Miror audere, atque religionem non tenere; statuas deorum exempla earum facierum, signa domi pro supellectile statuere.

L. *De pecunia regis Antiochi.* (A. U. 567.)

Livius 38, 54.
M. Cato suasit rogationem (Petilliam); exstat oratio eius de pec. reg. Ant.; et Mummios tribunos auctoritate deterruit, ne adversarentur rogationi.

LI. *Qua suasit in senatu uti plura aera equestria fierent;* (Charis. *fiant*).

Priscianus 7, 8, 38.
Nunc ergo (al. *ego*) arbitror oportere restitui (al. *resisti*), quo minus duobus milibus ducentis sit aerum equestrium. — De aeribus equestribus, de (al. omitt. *de*) duobus milibus actum *).

LII. *Qua in Senatu suasit.*

Idem 7, 12, 60.
Accessit ager, quem privatim habent, Gallicus, Samnitis, Apulus, Brutius.

LIII. *In Censura de vestitu et de Vehiculis.*

Priscianus 6, 7, 36. et c. 16, 82. (ubi codd. *M. Coelius* pro *M. Cato*).
Nam periniurium siet (al. *fiet; est*), cum mihi ob eos mores quos prius habui, honos detur; ubi datus

*) Charisius I. p. 97.: Aerib. eq. de duob. millib. a cc. (actum). cf. Gronov. de Pec. Vet. p. 125. 6.

est, tum (al. *tamen*) [velle] uti eos mutem, atque alii modi sim (al. *siem*).

LIV. *De Habitu.*

Charisius I. p. 70.
Cato de habitu ait: Sanguen demittatur. (Putsch.: Cato de habitu, ut declinaretur ait, Sanguen, Sanguinis.)

LV. *De Dote.*

Gellius 10, 23, 4. 5.
Vir cum divortium facit, mulieri Iudex *) pro Censore est; imperium quod videtur habet. Si quid perverse tetreque factum est a muliere, mulctatur; si vinum bibit, si cum alieno viro probri quid fecit, condemnatur. — In adulterio uxorem tuam si [de-]prehendisses, sine iudicio impune necares. Illa te, sive tu adulterarere, digito non auderet contingere; neque ius est.

LVI. *De Fundo oleario.*

Festus sub *Pulchralib.*
Pulchralibus (i. e. *pulchris*) atque cupidiis (*cupediis*) idem (*Cato*) in ea quae est de f. ol.

LVII. *De feneratione, lege Iulia,* Dissuasio.

Nonius sub *Pedato.*
Cato in Dissuasione de feneratione: Tertio autem pedato item ex fenore discordia excrescebat.

---

*) Iudex, ut Censor, mulierum delicta notabat. Plin. 14, 13. V. Popma ad Varronis mysteria. V. annott. Gell. et addenda ad eum loc. ubi adde: Cannegiet. coniecit legend. esse: *qui non divortium fecit;* Arntzen. in edit. Catonis Distich. p. 440., not. *a*: *qui consortium fecit,* i. e. qui matrimonium iniit.

Festus sub *Prorsus.*

Prorsus, porro versus, nisi forte ex Graeco *πρός*. Cato de fener. legis Iuniae: Camerini (*Camerii urbis*) cives nostri oppidum pulchrum habuere, agrum optimum atque pulcherrimum, rem fortunatissimum. Cum Romam veniebant, prorsus devertebantur pro hospitibus ad amicos suos.

LVIII. *De abrogandis legibus.*

Charisius I, p. 81.

Bovile.

LIX. *Ne lex Baebia derogaretur*, Suasio. Liv. 40.

Festus sub *Rogat.*

Rogat, est, consulit populum, vel petit ab eo, ut id sciscat, quod ferat; unde nos quoque in consuetudine habemus pro petere et orare. Cato in dissuasione ne lex B. der., ait: Hoc potius agam quod hic rogat.

Nonius sub *Largi.*

Cato Lege Baebia: Pecuniam illargibo tibi.

LX. *Ne legi Orchiae derogaretur*, Suasio.

Macrob. 2, 13.

Haec est lex Orchia, de qua mox Cato in Orationibus vociferabatur, quod plures, quam praescripto eius cavebatur, ad coenam vocarentur.

Festus sub *Obsonitavere.*

Obsonitavere, saepe obsonavere. Cato in suasione, ne legi O. der.: Qui antea . . . obsonitavere, postea centenis obsonitavere. (Popma coniecit: *Qui antea octoni obs., postea centeni obs.*)

Idem sub *Percunctatum.*

Percunctatum patris familiae nomen ne quis servum mitteret, lege sanctum (*sancitum*) fuisse ait Cato in ea qua legem Orchiam dissuadet.

LXI. *De lege Voconia*, Suasio *).

Gellius 17, 6. et Nonius sub v. *Receptit.*
Principio vobis mulier magnam dotem attulit, tum magnam pecuniam recipit, quam in viri potestatem non committit. Eam pecuniam viro mutuam dat. Postea ubi irata facta est, servum recepticium **) sectari atque flagitare virum iubet. — Nonius: Mulier, et magnam dotem dat, et magnam pecuniam retinet, ex ea igitur re familiari, ex qua sibi dote data retinuit pecuniam, a viro forte irato repetere instituit. Apponit ei flagitatorem receptitium, hoc est proprium servum, quem reliqua pecunia receperat, nec dederat dotis, et exceperat.

Gellius 7, 13.
Classicus infra classem.

Servius ad Virgil. Aen. 1, 573.
Cato in legem Voconiam: Agrum quem vir habet, tollitur.

LXII. *Legis Maeviae* (*Maeniae?* Cic. Brut.) *Suasio.*

Priscianus 12, 4, 17.
Rex Seleucus arma nostratia facit.

LXIII. *De lege Oppia*, Suasio.

Livius 34, 2 sqq. ibiq. Intpp. (Rupert.)
Si in sua quisque nostrum matre familias, Quirites etc.

LXIV. *In legem Populi*, Suasio.

Nonius sub *Compluries.*

---

*) A. U. 585. cf. Cic. de Senect. 6, 14. Liv. Epit. 41.

**) Festus sub *Receptit.*: Receptitium servum Cato in suasione legis voconiae cum ait, significat, qui ob vitium redhibitus sit: Ubi irata etc.

Quod compluriens usu venit omni tempore ante adventum esse (*anteventum est*); rem publicam reddimus.

LXV. *De lege Toria* *).

Nonius sub *Musimon*.

Asinum aut musimonem aut arietem. (cf. Plin. 8, 49. Strab. 2 et 5.)

LXVI. *De Ambitu.*

Priscianus 5, 12, 64. et 6, 7, 35.

Sed sunt partim, qui duarum rerum alterius utrius causa magistratum petunt.

LXVII. *Ne quis iterum Consul fiat.* (A. U. 604. Zumpt. Annal. p. 82.)

Festus sub *Parimenta*.

Parimenta Poenica marmore Numidico constrata significat Cato, cum ait in ea, quam habuit, ne quis Cons. bis fieret: Dicere possum, quibus villae atque aedes aedificatae atque expolitae maximo opere, citro atque ebore, atque pavimentis Poenis stent.

Priscianus 3, 1, 8.

Imperator laudem capit, exercitum meliorem, [et] industriorem facit.

LXVIII. *Ne imperium sit veteri, ubi novus venerit.*

Gellius 20, 2, 1.

Siticines et liticines et tubicines.

LXIX. *De Achaeis.* (cf. Plutarch. Cat.)

Gellius 2, 6, 7. Macrobius Saturn. 6, 7. et Servius ad Virg. E. 6, 76.

---

*) Vulgo *deletorio*; al. *de Laetorio*; edit. Venet. 1478.: *in deletorio*; v. Popma. cf. Cic. de Orat. 2. et Brut.

Cumque Hannibal terram Italiam laceraret atque vexaret.

LXX. *De Macedonia liberanda.*

Priscianus 3, 1, 8.

Idque perpetuius atque firmius repsit.

Festus sub *Natinatio.*

Natinatio dicebatur negotiatio, et Natinatores *ex eo seditiosi negotia* gerentes. M. Cato in . . . . *Audito tum*ultu Macedoniae, Etruriam, Samnites, Lucanos inter se natinari, atque factiones esse *).

LXXI. *De rege Attalo et Vectigalibus Asiae,* Dissuasio.

Festus sub *Portisculus.*

Portisculus est, ut scribit Ael. Stilo, qui in portu modum dat classi; id autem est malleus. Cuius meminit Cato in Dissuas. de r. A.: Lucinio Praetore (Liv. 52.), remiges scripti (i. e. *socii navales facti*) cives Romani sub pontisculum, sub flagrum conscripti veniere passim **).

LXXII. *De Coniuratione.*

Idem sub *Precem.*

Precem singulariter idem (*Cato*) in ea quae est de Coni.

LXXIII. *Ad litis censorias.*

Idem sub *Parsi* et *Periculatus.*

Parsi, non peperci ait Cato in eadem oratione (*ad lit. Cens.*): Scio fortunas secundas neglegentiam prendere solere; quod uti prohibitum irem, quod

---

*) Hunc locum ex Originibus referre Festum arbitrabatur Augustinus.

**) cf. Gronov. Observv. 4, 26. p. 833 sq. ed. Lips.

in me esset, meo labori non parsi. — Periculatus sum Cato ait in ea oratione quam scripsit ad lit. C.

LXXIV. *De potestate tribunitia?*

Idem sub *Nemut.*

Nemut, nisi etiam vel *nempe usus est Cato de potestate tri*bunicia, cum ait: Nemut . . . . aerumnas.

LXXV. *De re A. Atili.*

Idem sub *Sontica.*

*Sontica c*ausa dicitur a morbo *sontico, propter quem quod est* gerendum agere *desistimus. M. Porcius* Cato de re A. Atili: *quid dicam causae exti*tisse, timidus ne *sis; an impedimento ti*bi causam sonticam *fuisse* *)?

LXXVI. *Sercia.* (*Apud equites Numantiae.*)

Nonius sub v. *Collum.*

Accipite si vultis hoc onus in vestros collos.

LXXVII. *Numantiae apud equites.*

Festus sub *Optionatus.*

Cato in ea quam habuit apud equites: Maiores seorsum atque divorsum pretium paravere bonis atque strenuis, decurionatus, optionatus, hastas donaticas **), aliosque honores.

---

*) Scalig. *Sont. causa dic. a m. sont., qui quid gerendum agere non permittit. Cato de regis Attali vectigalibus.*

**) Hastas puras intelligit, i. e. hastilia parva sine ferro, quae militibus ob res egregie gestas donabantur, quoniam ut Festus in *celibari* explicat, hasta summa armorum et imperii significabat; quamobrem captivi et proscriptorum bona sub hasta veniebant. *Popma.*

Gellius 16, 1, 4.

Cato in oratione quam dixit Numantiae apud equites: Cogitate cum animis vestris, si quid vos per laborem recte feceritis, labor ille a vobis cito recedet, benefactum a vobis dum vivitis, non abscedet. Sed si qua per voluptatem nequiter feceritis, voluptas cito abibit; nequiter factum illud apud vos semper manebit.

Idem 9, 14, 10.

Pueri atque mulieres extrudebantur fami causa.

Idem 3, 14, 19.

Homines defoderunt in terram dimidiatos, ignemque circumposuerunt, ita interfecerunt.

LXXVIII. *De bello Carthaginiensi.* (cf. Plutarch. Cat. c. 26, init.)

Nonius sub *Calliscerunt.*

Cato in libro de bello Carth.: Aures nobis calliscerunt ad iniurias; [abeat; alium quaestum coepiat.]

Incerta fragmenta ex Orationibus aliisque libris.

Interpretes Virgiliani a Maio editi p. 35. ed. Mediolan., (Vol. 2, p. 314. fin. Servii mei).

Cato in contione: Apirensium (*Epir.*) bellum fecimus . . . tris missi ad(versus . . . quos . . . censorem habuistis, neque) . . . upli pectore adsecutus.

Festus sub *Negib.*

Negibundum a*ntiqui pro negante dixerunt. Cato in* ea, quam scripsit . . . . negibundus.

Idem sub *Magnificius.*

Magni*ficius pro magnificentius usurpa*vit Cato in ea

quam *scripsit* . . . . . . gna quis homo . . . . . . *aut* pulchrius purgat, *aut magnificius.* (*Crimina magna quis homo quam tu aut pulchrius purgat aut magnificius?*)

Idem sub *Mosculis.*

Mosculis (*Muscillos?*) Cato pro parvis moribus (*muribus?*) dixit in ea quam scripsit . . . . . vis qui moribus dixit. . . . (v. Salmas. ad Solin. p. 217. B.)

Gellius 13, 23, 1.

M. Cato, consularis et censorius, publicis iam privatisque opulentis rebus, villas suas inexcultas et rudes, ne tectorio quidem praelitas fuisse dicit, ad annum usque aetatis suae septuagesimum. — Neque mihi aedificatio, neque vasum, neque vestimentum ullum est manu pretiosum, [neque] pretiosus servus, neque ancilla. Si quid est, quod utar, utor; si non est, egeo. Suum cuique per me uti atque frui licet. — Vitio vertunt, quia multa egeo; at ego illis, quia nequeunt egere.

Seneca Epist. 94, sub med.

Emas, non quod opus est, sed quod necesse est; quod non opus est, asse carum est.

Festus sub *Prodidisse;* et Plutarch.

Prodidisse non solum in illis dicitur, qui patriam hostibus prodiderunt, sed etiam tempus longius fecisse; ut Cato: Te, C. Caecili, diem prodidisse militibus legionis tertiae, cum proditionem (i. e. eius producendi diem) non haberent (*haberes*).

Charisius II. p. 178.

Tu otiosus ambulas, quia (al. *qui*) apud regem fuisti, donicum ille tibi interdixit rem capitalem.

Festus sub *Compluriens*, *Munificior.*

Contumelias mihi dixisti compluriens. *Munificior quoque idem* (*Cato*) *deduxisse videtur a* munifico,

cum dicamus *nunc munificentior;* — *Cato in ea quam* scripsit in . . . nemo munific*ior* . . .

Idem sub *Mina.*

Mina singulariter *dici pro eo quod minae* pluraliter dicimus, *Curiatius auctor est;* item Cato *in suasione* . . . . mina cogi *nulla potuit* . . . . . .

Idem sub *Pascuales*, et *Pellicul.*

*Pascales oves pro pascuales ins*cienter Cato dixit in ea *quam scripsit* . . . . . *Pas*calis ovis vetuit. *Item pellitam ovem Tarentinam* appellat in ea ora*tione quam scripsit* . . . . . . *pre*tio Tarenti plus c. . . *sestertiis pellitam ovem q*uam ignaro (*in agro*) Tarentino quod *pasceret.* — Pelliculation*em pro inductionem a pelliciendo*, quod inducen*do est, dixit Cato in ea Oratione* quam scripsit de . . . . .

Idem sub *Supremum.*

Cato de . . . . *do*lentis nunquam cuiq. *reo apud Praetorem denegasse su*premam advoca*tionem.*

Idem sub *Praemiosam.*

Praemiosam pecuniosam dixit Cato in oratione quam scrip*sit* . . . . . . Impudentiam praemio*sam.*

Quintilianus 9, 2, 21. c. 4, 39.

*) Cedo, si vos in eo loco essetis, quid aliud fecissetis (al. *faceretis*)? — Communem rem agi (al. omitt. *agi*) putatote, ac vos huic rei praepositos esse. — Inde (i. e. *ex eodem genere*) *belligerare, po' meridiem*, et illa Censorii Catonis *Dice hanc*, aeque *M* litera in *E* mollita.

Quintilianus 1, 6, 42.

Neque enim *Tuburchinabundum* et *Lurchinabundum* iam in nobis quisquam ferat, licet Cato sit auctor.

---

*) Nomen Catonis spurium iudicabat Spalding. ad Quintil., et ortum ex *cedo.* Sed repugnat Iul. Rufinian. qui etiam locum laudavit p. 204. ed. Ruhnken.

Festus sub *Coepiam*.

Coepiam futurum tempus ab eo quod est coepi. Cato: Coepiam seditiosa verba loqui.

Festus sub *Stiricidium*.

Stiricidium quasi stillicidium, cum stel*lae concretae frigore* cadunt. Cato pro C . . . . nihilominus voluit semper *de stiricidio in* re praesenti cognosc*ere atque etiam statuere.*

Idem.

. . . . . ut solent . . . . ivios nisi qui sempiterni sunt quos. . . . . cant ne spiciunt neque ratis.

Cicero pro Flacc. c. 29.

Catonis est dictum: pedibus compensari (al. *compensare*) pecuniam.

Solinus 30. c. 27.

Urbem istam, ut Cato in Oratione senatoria autumat, cum rex Hiarbas rerum in Libya potiretur, Elissa mulier exstruxit, domo Phoenix, et Carthadam dixit, quod Phoenicum ore exprimit civitatem novam; mox sermone verso in morem Punicum, et haec Elissa et illa Carthago dicta est.

Plutarch. Cat. c. 15.

Ἐν ᾗ (τῇ τελευταίᾳ δίκῃ) τὸ μνημονευόμενον εἶπεν· ὡς χαλεπόν ἐστιν ἐν ἄλλοις βεβιωκότα ἀνθρώποις, ἐν ἄλλοις ἀπολογεῖσθαι. I. e. In qua (causa postrema) memorandum illud pronuntiavit: Grave esse, eum qui cum aliis vixisset hominibus, apud alios crimina depellere.

Idem in Comparatione Cat. et Aristid. c. 5.

Καίτοι φησὶν ἔν τινι λόγῳ, τὸ ἐπαινεῖν αὑτὸν, ὥσπερ τὸ λοιδορεῖν, ἄτοπον εἶναι. I. e. In quadam oratione: Laudare, inquit, semet ipsum, quemadmodum et conviciari, ineptum esse.

Isidorus de Different. verbor. V. 5. p. 2. ed. Areval. (ap. Barth. Advers. 39, 6.)
Inter Amorem et Cupidinem: aliud est, inquit Cato, Philippi * (Areval. *Philippe; Cato Philippica?*) Amor longe, aliudque cupido. Accessit illico alter (sc. *cupido*), ibi alter recessit (sc. *amor honestus*). Alter bonus, alter malus.

Cicero de Officiis 3, 29.
Fidem in Capitolio vicinam Iovis Optimi Maximi (ut in Catonis oratione est) maiores nostri esse voluerunt.

Plinius H. N. 8, 51, s. 78. 34, 7, s. 14.
Catonis Censorii orationes aprinum exprobrant callum. — Exstant Catonis in Censura vociferationes mulieribus Romanis in provinciis statuas poni.

Quintilianus 3, 6, 97.
Νόθον, qui non sit legitimus, Graeci vocant; Latinum rei nomen, ut Cato quoque in oratione quadam testatus est, non habemus, ideoque utimur peregrino.

Idem 5, 11, 39.
Si causam veneficii dicat adultera, non M. Catonis iudicio damnata videatur, qui *nullam adulteram non eandem esse veneficam* dixit?

Idem 6, 3, 105.
Quum (*Domitius Marsus*) dicat fuisse et in multis narrandi urbanitatem, paulo post ita finit, Catonis, ut ait, opinionem secutus: Urbanus homo erit, cuius multa bene dicta responsaque erunt, et qui in sermonibus, circulis, conviviis, item in contionibus, omni denique loco ridicule commodeque dicet.

Festus sub *Siremps*.
Siremps ponitur pro eadem, vel proinde *quasi similis res ipsa*. Cato in dissuadendo *legem quae postea relicta est*, et praeterea rogas, *ut quemquam adver-*

sus ea si populus condemnav*erit siremps lex* siet, quasi adversus *legem* fecisset *).

Idem sub *Magisteria.* (cf. Festi Fragment. p. 2.) *Magistri dicuntur in omnibus* rebus qui ma*gis ceteris possunt, ut Magistri* equitum, et *magistri populi; item ludorum Apo*llinis dix*erunt antiqui, qui nunc aliter dic*untur, velit (*velut*) *Cato in oratione quam dixit* contra ora*tionem* . . . .

Idem sub *Maledictores.*

Maledi*ctores dicebant antiqui, quos* nos appellamus *maledicos. Cato cum proficisceretur in* Hispania (*Hispaniam*) re . . . . (*removendi maledictores.*) (De Bello Hispanico et oratione ad milites ante pugnam habita v. supr. p. 52 et ap. Liv. 34, 8 sqq.)

Idem sub *Aeribus.*

Aeribus pluraliter ab aere, i. e. aeramento dicit Cato. (cf. supra Oratt. p. 72. ut plura aera equestria fierent.)

Idem sub *Numidae.*

*Numidae dic*untur Noma*des, qui diutius vivere dicuntur*, unde Cato in . . . . *Numidae vivaces, quod* multam vivunt *aetatem, dixit.*

Idem sub *Procilli* p. 342.

Procilli sive praecilli Cato dixit in . . . . convertar ad illam . . . . impudentior . . . . ntur legationes . . . . test. . . .

Idem sub *Prosimurium.*

*Prosimu*rium esse ait Antistius *in commentario iuris Pont*ificalis, pomerium, i. e. *locum proximum muro* (s. *i. e. est post murum*), *ut ait* Cato. Olim quidem omn*es auspicabantur extra Aven*tinum, nunc etiam intra aed*ificia.*

Idem sub *Struere.*

---

*) Charisius I. p. 73.: *Sirempse* legitur in libris Catonis.

Struere antiqui dicebant pro adiicere, augere, unde industrios quoque. M. Cato: Iure, lege, libertate, Rep. communiter uti oportet; gloria, atque honore, quomodo sibi quisque struxit.

Priscianus 6, 16, 87.

Cato quasi adiectivo eo (*intercus*) est usus, dicens intercutibus stupris obstinatus, pro intestinis, ut sit secundum eum hic et haec et hoc intercus, i. e. qui vel quae vel quod intra cutem est.

Cicero in Verrem 2, 2.

Itaque ille M. Cato sapiens cellam penariam reip. nostrae, nutricem plebis Romanae Siciliam nominavit.

Macrobius Saturn. 2, 13.

Cato sumptuarias leges cibarias appellat.

Sergius in Donat. p. 1855. ed. Putsch.

Nam et praepositionem praepositioni sic cohaerentem, ut pro una parte praepositionis habeatur, invenimus saepe apud Catonem, ut *circumcirca*, i. e. circa.

Servius ad Virgil. A. 4, 121.

Sedere non potest in equo trepidante.

Isidorus DCCLIV. (ap. Barth. Advers. 39, 14.)

Falsitas et mendacium differunt. Negare quod verum est, falsitas est; fingere quod falsum est, mendacium est. Unde Cato: Tu, tu, inquam, si vera comprimis (al. *Tu si verum supprimis*), falsarius agnosceris (al. *agnoscereris*), si falsa confingis, mendax esse videris.

Seneca de Benef. 5, 7. Epist. 119.

Quod tibi deest, a te ipso mutuare. — Paratum tibi creditorem dabo, Catonianum illum; a te mutuum sumes.

Idem Epistol. 122.

Sunt quidam in eadem urbe antipodes, qui, ut M.

Cato ait, nec orientem unquam solem viderunt, nec occidentem.

Festus sub *vectic.*

Vecticularia vita dicitur eorum, qui vectibus parietes alienos perfodiunt, furandi gratia. Cato: Vecticulariam vitam vivere, repente largiter habere, repente nihil.

Idem sub *Caduceatores.*

Caduceatores legati pacem petentes. Cato: Caduceatori, inquit, nemo homo nocet.

Charisius II, p. 181. 195. 196. 184. 193. 195. 213. 108.

Imperabiliter (al. *imperiabil.*) — Qua arte (al. *Suapte*) natio sua separata seorsum. — Iure, lege, libertate, republica, communiter uti oportet; gloria atque honore, quomodo sibi quisque struxit. — Tetre aetatem exigit. — Cato Senex: Malitiose (al. *malitiosa*) istorum iura. — Rare. — Secundo. — Vita deum immortalium. — His iugeris.

Servius ad Virgil. A. 3, 314.

Verba tertiato et quartato *) quempiam dicere prae metu.

Festus sub *Vetern.*, *Viritim*, et *Forma.*

Veternosus dicitur qui gravi premitur somno. Cato veternosum hydropicum intelligi voluit, cum ait: Veternosus quam plurimum bibit, tam maxime sitit. — Viritim dicitur dari, quod datur per singulos viros. Cato: Praeda quae capta est viritim divisa. — Forma significat modo faciem cuiusque rei; modo calida ut cum exta, quae dantur, deforma appellantur; et Cato ait de quodam aedificio aestate frigido, hieme formido.

---

*) Popma *tertiata et quartata*, i. e. dimidiata et truncata tertia quarta parte, qualia efferunt turbati et metuentes.

Priscianus lib. 3, cap. 1, 8.
Quod iter longius arduiusque erat a curis.
Idem 6, 14, 75, fin.
Speca posita (al. *apposīta*), qua aqua de via abiret.
Servius ad Virgil. Aen. 4, 293.
Qua (al. *quam*) mollissimum est adoriuntur.
Idem ibid. 8, 695.
Sub tela volantia.
Gellius 2, 17, 7.
Fenoribus coopertus est.
Idem 4, 9, 12. 5, 21, 6. 10, 21, 2. 16, 12, 8. 19, 10, 10.
Consiliosus, Victoriosus, Disciplinosus. Pluria; Compluria. Novissimus, novissime. Fenerator. (cf. Nonius sub v. *Foenus*) Praeterpropter.
Idem 18, 7, 3.
Mortualia glossaria.
Charisius I. p. 79.
Et in Italia atras capras lacte album habere.
Isidorus Origg. 19, 2, 11.
Parastatae stipites sunt pares stantes, quibus arbor sustinetur. Cato: Malum deligatum (al. *dislig.*), parastatae victae (al. *iunctae*).
Varro de Re Rust. 2, 4. p. 176. Bip.
In Italia in scrobes *) terna atque quaterna millia aulia succidia. Vere (al. succidia habere) sus usque adeo pinguitudine crescere solet, ut se ipsa stans sustinere non possit, neque progredi usquam. Itaque eas si quis quo traiicere vult, in plostrum imponit.
Festus sub vocibus singulis.
Culignam (i. e. vas potorium) in foeno Graeco po-

---

*) Al. *Insubrei;* Popma: *Insalita in scrobes*, et mox *Galli;* al. *Gallia* pro *aulia*.

nito, ut bene oleat. — Ungulatos ungues magnos atque asperos Cato appellavit. — Cloacale flumen (pro cloacarum omnium colluvie). — Veterinam bestiam iumentum Cato appellavit a vehendo. — Aliorsum, Illorsum (sicut introrsum). Audacias (pluraliter). Ferocit (ferociter agit). Fivere (figere). Fruniscor et Frunitum dixit Cato. — Futare (saepe fuisse). Latitaverunt (saepe tulerunt). Mihipte, pro mihi *ipsi* Cato *posuit* cum dixit decuit talenta . . . versia . . . atque . . . extia item a . . . — Recipie (*Recipiem*) apud Catonem pro recipiam, ut alia eiusmodi complura. Verberitare Cato frequentative ab eo quod est verbero, dixit. — Uls Cato pro ultra posuit. — *Vopte* pro vos ipsi Cato posuit. — *Pecuum* cum dixit M. Cato per casum genitivum, a singulari casus recti formavit, quo utebantur antiqui, i. e. pecu etc.

Quintilianus Institutt. Oratt. 1, 7, 23.

Quid? non Cato Censorius *dicam* et *faciam*; *dicem* et *faciem* scripsit?

Idem.

Felices arbores, quae fructum ferunt; infelices, quae non ferunt.

Plinius Hist. Nat. 14, 13, 5. 14.

Ideo propinquos feminis osculum dare, ut scirent, an temetum olerent. Hoc tum nomen vino erat.

Plut. c. 8.

Χαλεπὸν μέν ἐστιν, ὦ πολῖται, πρὸς γαστέρα λέγειν, ὦτα οὐκ ἔχουσαν. I. e. difficile est, Quirites, ad ventrem auribus carentem verba facere.

Idem c. 16.

Οὐδεμίαν ἐνδιδοὺς ἐπιεικείαν, ἀλλ' ἄντικρυς ἀπειλῶν τε τοῖς πονηροῖς ἀπὸ τοῦ βήματος καὶ κεκραγὼς, μεγάλου καθαρμοῦ χρήζειν τὴν πόλιν, ἠξίου τοὺς πολλοὺς, εἰ σωφρονοῦσι, μὴ τὸν ἥδιστον, ἀλλὰ

τὸν σφοδρότατον αἱρεῖσθαι τῶν ἰατρῶν· τοῦτον δ'αὐτὸν εἶναι, καὶ τῶν πατρικίων ἕνα, Φλάκκον Οὐαλέριον. Μετ' ἐκείνου γὰρ οἴεσθαι μόνου τὴν τρυφὴν καὶ τὴν μαλακίαν, ὥσπερ ὕδραν, τέμνων καὶ ἀποκαίων, προὔργου τε ποιήσειν· τῶν δ'ἄλλων ὁρᾷν ἕκαστον ἄρξαι κακῶς βιαζόμενον, ὅτι τοὺς καλῶς ἄρξοντας δέδοικεν. I. e. Cato nihil lenius (pro censura) agebat, imo aperte pro rostris minitans malis, vociferansque magna lustratione civitati opus esse, consulere multitudini, ne lenissimum, si sapiant, sed acerrimum deligant medicum. Eum se esse, et ex patriciis unum Valerium Flaccum. Illo enim se solo collega sperare, luxu et mollitia, velut hydra exsecta atque adusta, operae pretium facturum; reliquos videre quosque molientes male censuram gerere, quod eos, qui gesturi eam sint recte, expavescant.

Servius ad Virgil. Aen. 1, 726.
Et in atrio et duobus ferculis epulabantur antiqui.

Idem ibid. 3, 64.
Deposita veste purpurea, feminas usas caerulea, cum lugerent.

Idem ibid. 4, 682.
De tribus istis partibus (politiae, populi, optimatium, regiae potestatis) ordinatam fuisse Carthaginem.

Dionysius Halic. 4, 15.
Κάτων μέντοι τούτων (τῶν φυλῶν) ἐπὶ Τυλλίου τὰς πάσας γενέσθαι λέγει. I. e. Cato tamen tribus universas iam regnante Tullio tot fuisse tradit.

Macrobius Saturn. 1, 10.
Cato ait: Larentiam meretricio (al. *meretricem*) quaestu locupletatam, post excessum suum populo [Romano] agros Turacem, Semurium, Lutirium (al. *Litir.*) et Solinium (al. *Salonium*) reliquisse, et ideo

sepulcri magnificentia et annuae parentationis honore dignatam.

Gellius 4, 12, 1.

Si quis agrum suum passus fuerat sordescere, eumque indiligenter curabat, ac neque araverat, neque purgaverat; sive quis arborem suam vineamque habuerat derelictui, non id sine poena fuit, sed erat opus censorium, censoresque aerarium faciebant. Item si quis eques Romanus equum habere gracilentum aut parum nitidum visus esset, impolitiae notabatur. Id verbum significat, quasi si tu dicas incuriae; cuius rei utriusque auctoritates sunt, et M. Cato id saepenumero attestatus est.

Plutarchus Quaestt. Rom. 49.

Διὰ τί τοὺς παραγγέλλοντας ἄρχειν ἔθος ἦν ἐν ἱματίῳ τοῦτο ποιεῖν, ἀχίτωνας, ὡς Κάτων ἱστόρηκε;

Plutarch. Cat. c. 20.

Οὐκ ἠξίου τὸν υἱὸν, ὥς φησιν αὐτὸς, ὑπὸ δούλου κακῶς ἀκούειν, ἢ τοῦ ὠτὸς ἀνατείνεσθαι, μανθάνοντα βράδιον· οὐδέ γε μαθήματος τηλικούτου τῷ δούλῳ χάριν ὀφείλειν. I. e. Nolebat filium, ut ipse ait, a servo male audire, vel aure vellicari, si tardius disceret; nec vero esse tantulae disciplinae causa obstrictum servo. — Τὰς ἱστορίας συγγράψαι φησὶν αὐτὸς ἰδίᾳ χειρὶ καὶ μεγάλοις γράμμασιν, ὅπως οἴκοθεν ὑπάρχῃ τῷ παιδὶ πρὸς ἐμπειρίαν τῶν παλαιῶν καὶ πατρίων ὠφελεῖσθαι. Τὰ δ' αἴσχιστα τῶν ῥημάτων οὐχ ἧττον εὐλαβεῖσθαι, τοῦ παιδὸς παρόντος, ἢ τῶν ἱερῶν παρθένων, ἃς Ἑστιάδας καλοῦσι. Συλλούσασθαι δὲ μηδέποτε καὶ τοῦτο κοινὸν ἔθος ἔοικε Ῥωμαίων εἶναι. I. e. Historias sua manu se grandibus literis dicit conscripsisse, ut filius disciplinam maiorum et veterum instituta domo petere valeret. Turpiter loqui non minus filio praesente, quam virginibus Vestalibus, cavisse. Nun-

quam cum eo in balneis fuisse; quem morem videntur Romani habuisse communem. — C. 21, fin. Προτρέπων τὸν υἱὸν ἐπὶ ταῦτα, φησὶν, οὐκ ἀνδρὸς, ἀλλὰ χήρας γυναικὸς εἶναι, τὸ μειῶσαί τι τῶν ὑπαρχόντων. Ἐκεῖνο δ' ἤδη σφοδρότερον τοῦ Κάτωνος, ὅτι θαυμαστὸν ἄνδρα καὶ θεῖον εἰπεῖν ἐτόλμησε πρὸς δόξαν, ὃς ἀπολείπει πλέον ἐν τοῖς λόγοις, ὃ προσέθηκε, οὗ παρέλαβεν. I. e. Huc filium adhortans, negat viri, sed mulieris viduae, aliquid de suis fortunis diminuere. Illud vero fervidius est Catonis, quod insignem virum et divinum ad gloriam ausus est appellare eum, qui in rationibus plus relinquat, quod adiecerit, quam quod acceperit.

Fronto Epist. ad Marcum Caes. lib. 2, 1. p. 69. Mai.

Ubi sol latum ad Oceanum profectus, fit demum caelum modestius, quod genus Tiburtinum. Id vespera et concubia nocte, *dum se intempesta nox*, ut M. Porcius, *praecipitat*, eodem modo perseverat.

Idem ibid. Epist. 5. p. 74.

Uni M. Porcio me dedicavi atque despondi atque delegavi. Hoc etiam ipsum *Atque* unde putas? Ex ipso furor (*aufero*).

Varro de L. L. 8. p. 155. Bip.

Quoniam est *soleo*, oportet dici *solui*, ut Cato et Ennius scribunt, non, ut dicit volgus *solitus sum*.

Idem 4. p. 45.

Religionem Porcius (Cato?) designat, cum de Ennio scribens dicit eum coluisse Tutilinae loca.

Marius Victorinus I. p. 2459. Putsch.

Cum, adverbium temporis, antiqui quattuor literis scribebant; tam his *quum*, apud Catonem; quam rursus *quom*.

Diomedes I. p. 289. Putsch.

M. Porc. Cato dixit, literarum radices amaras esse,

fructus iucundiores. — Porc. Cato dixit: Leges nervos esse civitatium.

Idem II. p. 468.

Si penultimo fuerit tribrachys vel pyrrhichius, et paeones successerint primus et novissimus, erit antiqua structura, quae dicitur confragosa; qua usus est Cato.

Plinius H. N. 28, 2. s. 4.

Cato prodidit luxatis membris carmen auxiliare.

Fronto Epistol. ad Antonin. p. 27. Mai.

Ut si simiam aut volpem appelles . . . . bestiae . . . pretium adderet, aut quod M. Cato de . . .

Idem in Catone maiori c. 1.

Αὐτὸς ὁ Κάτων καὶ τὸν πατέρα Μάρκον ὡς ἀγαθὸν ἄνδρα καὶ στρατιωτικὸν ἐπαινεῖ, καὶ Κάτωνα τὸν πρόπαππον ἀριστείων πολλάκις τυχεῖν φησιν, καὶ πέντε πολεμιστὰς ἵππους ἐν μάχαις ἀποβαλόντα, τὴν τιμὴν ἀπολαβεῖν ἐκ τοῦ δημοσίου δι' ἀνδραγαθίαν. Εἰωθότων δὲ τῶν Ῥωμαίων τοὺς ἀπὸ γένους δόξαν οὐκ ἔχοντας, ἀρχομένους δὲ γνωρίζεσθαι δι' αὐτῶν, καινοὺς προσαγορεύειν ἀνθρώπους - - αὐτὸς ἔλεγε καινὸς εἶναι πρὸς ἀρχὴν καὶ δόξαν, ἔργοις δὲ προγόνων καὶ ἀρεταῖς παμπάλαιος. I. e. Ipse Cato Marcum patrem ut egregium virum et strenuum militem celebrat; Catonem etiam proavum dona militaria saepius refert obtinuisse; et cum bellatores equos quinque amisisset in conflictibus, pretium ei ex aerario virtutis causa redditum. Quia vero solent Romani obscuro genere ortos, qui incipiunt rebus gestis inclarescere, novos homines appellare, novum ille se ad magistratus et claritatem, sed factis maiorum virtutibusque ferebat pervetustum esse.

Idem ibid. sub fin.

Φησὶ γὰρ αὐτὸς, ἑπτακαίδεκα γεγονὼς ἔτη τὴν πρώτην στρατεύσασθαι στρατείαν, περὶ ὃν Ἀννίβας

χρόνον εὐτυχῶν ἐπέφλεγε τὴν Ἰταλίαν. I. e. Nam ait ipse, annos natum septendecim prima se stipendia fecisse, quo tempore Hannibal secundis proeliis usus incendebat Italiam.

Idem ibid. c. 4.

Ἐσθῆτα μὲν γὰρ οὐδέποτέ φησι φορέσαι πολυτελεστέραν ἑκατὸν δραχμῶν· πιεῖν δὲ καὶ στρατηγῶν καὶ ὑπατεύων τὸν αὐτὸν οἶνον τοῖς ἐργάταις· ὄψον δὲ παρασκευάζεσθαι πρὸς τὸ δεῖπνον ἐξ ἀγορᾶς ἀσσαρίων τριάκοντα· καὶ τοῦτο διὰ τὴν πόλιν, ὅπως ἰσχύοι τὸ σῶμα πρὸς τὰς στρατείας. Ἐπίβλημα δὲ τῶν ποικίλων Βαβυλώνιον ἐκ κληρονομίας κτησάμενος, εὐθὺς ἀποδόσθαι. Τῶν δ' ἐπαύλεων αὐτοῦ μηδεμίαν εἶναι κεκονιαμένην· οὐδένα δὲ πώποτε πρίασθαι δοῦλον ὑπὲρ τὰς χιλίας δραχμὰς καὶ πεντακοσίας· ὡς ἂν οὐ τρυφερῶν, οὐδ' ὡραίων, ἀλλ' ἐργατικῶν καὶ στερεῶν, οἷον ἱπποκόμων καὶ βοηλατῶν, δεόμενος. Καὶ τούτους πρεσβυτέρους γενομένους ᾤετο δεῖν ἀποδίδοσθαι, καὶ μὴ βόσκειν ἀχρήστους. Ὅλως δὲ μηδὲν εὔωνον εἶναι τῶν περιττῶν, ἀλλ' οὗ τις οὐ δεῖται, κἂν ἀσσαρίου πιπράσκηται, πολλοῦ νομίζειν. Κτᾶσθαι δὲ τὰ σπειρόμενα καὶ νεμόμενα μᾶλλον, ἢ τὰ ῥαινόμενα καὶ σαιρόμενα. I. e. Vestem enim nunquam induisse ait se, quae pluris esset centum denariis; vinum in praetura et consulatu idem quod et operas bibisse; epulas ad coenam ex foro triginta comparasse assibus; idque facere reip. causa, quo corpus suum esset ad perferendam militiam robustum; stragulam vestem ex pictis Babylonicam cum ex hereditate accepisset, statim vendidisse; nullam villam suam tectorio inductam; mancipium nunquam plus mille quingentis denariis emisse, quod nec molles, nec formosos, verum operosos et valentes, ut equisones et bubulcos, quaereret, quos, ubi consenuissent, venundandos putabat neque alendos

inutiles. Breviter nihil vilis esse pretii, quod superfluum foret; sed quo non indigeas, etiamsi vel asse ematur, se carum ducere. Comparare arva et pascua potius, quam irriguos et nitidos hortos.

Idem ibid. c. 5, fin.

Καὶ τὸν ἵππον, ᾧ πρὸς τὰς στρατείας ὑπατεύων ἐχρῆτο, φησὶν ἐν Ἰβηρίᾳ καταλιπεῖν, ἵνα μὴ τῇ πόλει τὸ ναῦλον αὐτοῦ λογίσηται. I. e. Etiam equum ait se, quo in expeditionibus consul usus fuerat, ne reip. imputaret naulum, reliquisse in Hispania.

Idem ibid. c. 10.

Αὐτὸς δέ φησιν, πλείονας εἰληφέναι πόλεις, ὧν διήγαγεν ἡμερῶν ἐν Ἰβηρίᾳ. I. e. Ipse plures urbes ait se cepisse, quam egisset in Hispania dies.

Idem ibid. c. 10.

Εἰς δὲ αὐτὸν ἐκ τῶν ἁλισκομένων οὐδὲν ἐλθεῖν λέγει, πλὴν ὅσα πέπωκεν, ἢ βέβρωκε. Καὶ οὐκ αἰτιῶμαι, φησὶ, τοὺς ὠφελεῖσθαι ζητοῦντας ἐκ τούτων, ἀλλὰ βούλομαι μᾶλλον περὶ ἀρετῆς τοῖς ἀρίστοις, ἢ περὶ χρημάτων τοῖς πλουσιωτάτοις ἁμιλλᾶσθαι, καὶ τοῖς φιλαργυρωτάτοις περὶ φιλαργυρίας. I. e. Ad se vero praeter esculenta et poculenta, negavit ex praeda quicquam rediisse. Neque reprehendo, inquit, eos, qui hinc emolumentum captant; verum malo de virtute cum optimis, quam cum divitibus de pecunia et cum avarissimis certare de quaestu.

Idem ibid. c. 14.

Πλεῖστον δὲ ταῖς πράξεσι ταύταις ὄγκον περιτέθεικε, καί φησι τοῖς ἰδοῦσιν αὐτὸν τότε διώκοντα καὶ παίοντα τοὺς πολεμίους, παραστῆναι, μηδὲν ὀφείλειν Κάτωνα τῷ δήμῳ τοσοῦτον, ὅσον Κάτωνι τὸν δῆμον· αὐτόν τε Μάνιον τὸν ὕπατον, θερμὸν ἀπὸ τῆς νίκης ἔτι θερμῷ περιπλακέντα, πολὺν χρόνον ἀσπάζεσθαι, καὶ βοᾷν ὑπὸ χαρᾶς, ὡς οὔτ' ἂν αὐ-

τὸς, οὔθ' ὁ σύμπας δῆμος ἐξισώσειε τὰς ἀμοιβὰς ταῖς Κάτωνος εὐεργεσίαις. I. e. Has res gestas (*contra Antiochum in Graecia*) summo cum fastu extulit; atque illos qui tum consectantem et caedentem se viderint hostes, confessos fuisse asserit, non tantum populo Romano debere Catonem, quantum Catoni populum. Ipsum quoque consulem Manium (Acilium) adhuc a victoria calentem in complexu calentem Catonem diu tenuisse, et prae gaudio exclamasse, neque ipsum, neque populum cunctum esse Catonis meritis gratiae referendae parem.

Idem ibid. c. 21.

Ἐκτᾶτο λίμνας, ὕδατα θερμὰ, τόπους κναφεῦσιν ἀνειμένους, ἐργατησίαν χώραν, ἔχουσαν αὐτοφυεῖς νομὰς καὶ ὕλας. Ἀφ' ὧν αὐτῷ χρήματα προσῄει πολλὰ, μηδ' ὑπὸ τοῦ Διὸς, ὥς φησιν αὐτὸς, βλαβῆναι δυναμένων. I. e. Lacus paravit, aquas calidas, loca fullonibus idonea, praedia, quae pascua haberent, et silvas nativas. Unde magnum compendium faciebat, quibus nec Iuppiter posset, ut ipse ait, nocere. — C. 23. Ὅς γε καὶ Σωκράτη φησὶ λάλον καὶ βίαιον γενόμενον ἐπιχειρεῖν, ᾧ τρόπῳ δυνατὸν ἦν, τυραννεῖν τῆς πατρίδος καταλύοντα τὰ ἔθη, καὶ πρὸς ἐναντίας τοῖς νόμοις δόξας ἕλκοντα καὶ μεθιστάντα τοὺς πολίτας. Τὴν δ' Ἰσοκράτους διατριβὴν ἐπισκώπτων, γηρᾶν φησὶ παρ' αὐτῷ τοὺς μαθητὰς, ὡς ἐν ᾅδου παρὰ Μίνῳ χρησομένους ταῖς τέχναις, καὶ δίκας ἐροῦντας. Τὸν δὲ παῖδα διαβάλλων πρὸς τὰ Ἑλληνικὰ, φωνῇ κέχρηται θρασυτέρᾳ τοῦ γήρως, οἷον ἀποθεσπίζων καὶ προμαντεύων, ὡς ἀπολοῦσι Ῥωμαῖοι τὰ πράγματα, γραμμάτων Ἑλληνικῶν ἀναπλησθέντες. I. e. Socratem quoque loquacem dicit et seditiosum fuisse, atque enisum quovis modo tyrannidem occupare, institutis eversis maiorum, rapiendo cives et impellendo ad contrarias legibus opi-

niones. Isocratis scholam deridens, senescere apud eum ait auditores, tanquam apud inferos artibus usuros et causas dicturos. Filium a literis Graecis revocans, voce usus est, quam pro tanta aetate, ferociore, velut vaticinans et praesagiens, infectos disciplinis Graecis imperium amissuros Romanos.

Id. ibid. c. 24.

Ὁ δὲ πρεσβύτερος υἱὸς ἐτελεύτησε στρατηγῶν, καὶ μέμνηται μὲν αὐτοῦ πολλάκις ἐν τοῖς βιβλίοις ὁ Κάτων, ὡς ἀνδρὸς ἀγαθοῦ γεγονότος.

M. Porcii Catonis Apophthegmata.

Cic. de Off. 1, 29.

Multa multorum facete dicta, ut ea, quae a sene Catone collecta sunt; quae vocant Apophthegmata.

Idem ibid. 2, 25.

A sene Catone cum quaereretur, quid maxime in re familiari expediret? respondit: bene pascere; quid secundum? satis bene pascere; quid tertium? male pascere; quid quartum? arare. Et cum ille qui quaesierat dixisset: quid fenerari? tum Cato: Quid hominem, inquit, occidere? (Serv. ad Virgil. Aen. 7, 539.): Duo dixit (Virgilius) a Catone memorata, qui interrogatus: qui esset pater familias? respondit: eum qui bene pascit et bene arat.

Idem de Amic. c. 24, 90.

Scitum est illud Catonis, ut multa: Melius de quibusdam acerbos inimicos mereri, quam eos amicos, qui dulces videantur; illos verum saepe dicere, hos nunquam.

Liv. 34, 9. fin.
Redemtoribus vetitis frumentum parare, ac Romam dimissis, Bellum, inquit, se ipsum alet.

Horat. Serm. 1, 2, 31 sqq.
Quidam notus homo cum exiret fornice: Macte Virtute esto, inquit dia sententia Catonis etc. *ad quem locum Schol. Acr. et Cruq.*: Cato ille Censorius cum vidisset hominem honestum ex fornice exeuntem, laudavit, existimans, libidinem compescendam esse sine crimine. At postea cum frequentius eum ex eodem lupanari exeuntem advertisset: Adolescens, inquit, ego te laudavi, quod interdum huc venires, non quod hic habitares.

Plin. Hist. Nat. 15, 18, (20.)
Perniciali odio Carthaginis flagrans (Cato), nepotumque; securitatis anxius, cum clamaret omni Senatu Carthaginem delendam, attulit quodam die in curiam praecocem ex ea provincia ficum, ostendensque Patribus: Interrogo vos, inquit, quando hanc pomum demtam putetis ex arbore? Cum inter omnes recentem esse constaret: Atqui tertium, inquit, ante diem scitote decerptam Carthagine; tam prope a muris habemus hostem. (cf. Flor. 2, 15. Plut. Cat. c. 26. 27. Liv. Epit. 49. Vell. Paterc. 1, c. 13.)

Gell. 11, 8.
Iuste venusteque admodum reprehendisse dicitur A. Albinum M. Cato. Albinus, qui cum L. Lucullo consul fuit, res Romanas oratione Graeca scriptitavit. In eius historiae principio scriptum est ad hanc sententiam: Neminem succensere sibi convenire, si quid in his libris parum composite aut minus eleganter scriptum foret. Nam sum, inquit, homo Romanus, natus in Latio. Graeca oratio a nobis alienissima est; ideoque veniam gratiamque malae existi-

mationis, si quid esset erratum, postulavit. Eam cum legisset M. Cato: Nae tu, inquit, Aule, nimium nugator es, cum maluisti culpam deprecari, quam culpa vacare. Nam petere veniam solemus, aut cum imprudentes erravimus, aut cum compulsi peccavimus. Tibi, inquit, oro te, quis perpulit, ut id committeres, quod priusquam faceres, peteres, ut ignosceretur? Scriptum est hoc in libro Cornelii Nepotis de Illustribus Viris. (cf. Macrob. Saturn. 1. Praefat. fin. Plut. Cat. c. 1. 2.)

Macrob. Saturn. 2, 2.

Sacrificium apud veteres fuit, quod vocabatur propter viam (cf. Turneb. Advers. 9, 4.). In eo mos erat, ut, si quid ex epulis superfuisset, igne consumeretur. Hinc Catonis iocus est (cf. c. 1. fin.). Nam Q. Albidium quendam, qui sua bona comedisset, et novissime domum, quae ei reliqua erat, incendio perdidisset, propter viam fecisse dicebat; quod comesse non potuerit, id combussisse.

Augustin. de doctrina Christ. 2, 20.

Cato cum esset consultus a quodam, qui sibi erosas a soricibus caligas diceret, respondit: Non esse illud monstrum, sed vere monstrum habendum fuisse, si sorices a caligis roderentur.

Plutarch. Cat. c. 2. fin.

Τὰ μέντοι συγγράμματα, καὶ δόγμασιν Ἑλληνικοῖς καὶ ἱστορίαις ἐπιεικῶς διαπεποίκιλται· καὶ μεθηρμηνευμένα πολλὰ κατὰ λέξιν ἐν τοῖς ἀποφθέγμασι καὶ ταῖς γνωμολογίαις τέτακται. I. e. Scripta eius certe Graecorum praeceptis et exemplis satis sunt aspersa, multaque ad verbum reddita facetiis et sententiis inclusit suis.

Id. ibid. c. 8. coll. Apophthegm. Reg. et Imper.

Κατηγορῶν τῆς πολυτελείας, ἔφη, χαλεπὸν εἶναι σωθῆναι πόλιν ἐν ᾗ πωλεῖται πλείονος ἰχθὺς, ἢ

βοῦς. I. e. Reprehendens luxuriam civitatis: Arduum est, inquit, eam salvam esse civitatem, ubi pluris piscis, quam bos veneat. — Ἐοικέναι δ' ἔφη, προβάτοις τοὺς Ῥωμαίους· ὡς γὰρ ἐκεῖνα καθ' ἕκαστα μὲν οὐ πείθεται, σύμπαντα δ' ἕπεται μετ' ἀλλήλων τοῖς ἄγουσιν, οὕτω καὶ ὑμεῖς, εἶπεν, οἷς οὐκ ἂν ἀξιώσαιτε συμβούλοις χρήσασθαι κατ' ἰδίαν, ὑπὸ τούτων, εἰς ἓν συνελθόντες, ἄγεσθε. I. e. Similem esse ait populum Romanum ovibus. Ut enim illae seorsum singulae non parent, sed universae gregatim sequuntur ductores, ita vos quoque, inquit, quorum consilio nemo vestrum utatur privatim, ab his in coetum coacti ducimini. — Περὶ τῆς γυναικοκρατίας διαλεγόμενος· Πάντες, εἶπεν, ἄνθρωποι τῶν γυναικῶν ἄρχουσιν, ἡμεῖς δὲ πάντων ἀνθρώπων, ἡμῶν δ' αἱ γυναῖκες. I. e. De mulierum potentia disserens: Omnes, infit, mortales mulieribus imperant, nos omnibus mortalibus, nobis mulieres. — Τὸν δῆμον ἔφη τῶν Ῥωμαίων οὐ μόνον ταῖς πορφύραις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐπιτηδεύμασι τὰς τιμὰς ἐπιγράφειν. Ὡς γὰρ οἱ βαφεῖς ταύτην μάλιστα βάπτουσιν, ᾗ χαίροντας ὁρῶσιν, οὕτως οἱ νέοι ταῦτα μανθάνουσι καὶ ζηλοῦσιν οἷς ἂν ὁ παρ' ὑμῶν ἔπαινος ἕπηται. I. e. Populum Romanum ait non purpurae modo, sed studiis etiam facere auctoritatem. Ut enim infectores hanc maxime tingunt, quam vident esse gratam, ita iuventus haec prae ceteris discit et sectatur, quibus honor habetur a vobis. — Παρεκάλει δ' αὐτούς, εἰ μὲν ἀρετῇ καὶ σωφροσύνῃ γεγόνασι μεγάλοι, μὴ μεταβάλλεσθαι πρὸς τὸ χεῖρον· εἰ δ' ἀκρασίᾳ καὶ κακίᾳ, μεταβάλλεσθαι πρὸς τὸ βέλτιον· ἱκανῶς γὰρ ἤδη μεγάλους ἀπ' ἐκείνων γεγονέναι. I. e. Hortabatur cives, si virtute et continentia magis evasissent, ne ad deterius deflecterent; sin intemperantia et vitiis, ut traducerent se ad me-

liora; satis enim eos crevisse per illa. — Τοὺς πολλάκις ἄρχειν σπουδάζοντας, ἔφη, καθάπερ ἀγνοοῦντας τὴν ὁδὸν, ἀεὶ μετὰ ῥαβδούχων ζητεῖν πορεύεσθαι, μὴ πλανηθῶσιν. Ἐπετίμα δὲ καὶ τοῖς πολίταις τοὺς αὐτοὺς αἱρουμένοις πολλάκις ἄρχοντας. Δόξετε γὰρ, ἔφη, ἢ μὴ πολλοῦ τὸ ἄρχειν ἄξιον, ἢ μὴ πολλοὺς τοὺς ἄρχειν ἀξίους ἡγεῖσθαι. I. e. Eos qui consulatum ambirent saepius, dicebat more illorum qui viam ignorent, semper cupere ne errent, incedere cum lictoribus. Increpabat cives, quod crebro eosdem consules designarent. Videbimini inquit, aut non magni consulatum, aut non multos consulatu ducere dignos. — Περὶ τῶν ἐχθρῶν τινος αἰσχρῶς καὶ ἀδόξως βιοῦν ἐοικοῦντος· Ἡ τούτου μήτηρ, ἔφη, κατάραν, οὐκ εὐχὴν, ἡγεῖται τὸ τοῦτον ὑπὲρ γῆς ἀπολιπεῖν. I. e. De quodam inimico suo, qui turpiter et foede vivebat: Huius, inquit, mater pro execratione, non voto putat ipsum superstitem relinquere. — Τὸν πεπρακότα τοὺς πατρῴους ἀγροὺς παραλίους ὄντας ἐπιδεικνύμενος, προσεποιεῖτο θαυμάζειν, ὡς ἰσχυρότερον τῆς θαλάσσης· ἃ γὰρ ἐκείνη μόλις ἔκλυζεν, οὗτος, ἔφη, ῥαδίως καταπέπωκεν. I. e. Quendam, qui agros paternos ad mare sitos venumdederat, monstrans, demirari simulabat tanquam pelago validiorem. Quae enim illud aegre lambit, hic facile, inquit, devoravit. — Ἐπεὶ, Εὐμένους τοῦ βασιλέως ἐπιδημήσαντος εἰς Ῥώμην, ἥ τε σύγκλητος ὑπερφυῶς ὑπεδέξατο καὶ τῶν πρώτων ἅμιλλα καὶ σπουδὴ περὶ αὐτὸν ἐγίνετο, δῆλος ἦν ὁ Κάτων ὑφορώμενος καὶ φυλαττόμενος αὐτόν. Εἰπόντος δέ τινος· Ἀλλὰ μὴν χρηστός ἐστι καὶ φιλορώμαιος, ἔστω, εἶπεν, ἀλλὰ φύσει τοῦτο τὸ ζῶον, ὁ βασιλεὺς, σαρκοφάγον ἐστίν. Οὐδένα δὲ τῶν εὐδαιμονιζομένων βασιλέων ἄξιον εἶναι παραβάλλειν πρὸς Ἐπαμεινώνδαν, ἢ Περικλέα, ἢ Θεμιστοκλέα, ἢ Μά-

νιον Κούριον, ἢ Ἀμίλκαν, τὸν ἐπικληθέντα Βάρκαν. I. e. Cum regem Eumenem, qui Romam venerat, maximo honore excepisset senatus, principesque eum certatim amplecterentur, non dissimulavit Cato, se suspectum eum habere atque aversari. Cui cum diceret quidam: Atqui bonus est et populi Romani cupidus; Sit sane, inquit; at hoc animal, rex, natura est carnivorum. Neminem vel ex laudatissimis regibus cum Epaminonda esse, vel Pericle, vel Themistocle, vel Manio Curio, vel Hamilcare, Barcae cognomine, conferendum. — Αὐτῷ ἔλεγε τοὺς ἐχθροὺς φθονεῖν, ὅτι καθ' ἡμέραν νυκτὸς ἀνίσταται, καὶ τῶν ἰδίων ἀμελῶν τοῖς δημοσίοις σχολάζει. Βούλεσθαι δ' ἔλεγε μᾶλλον εὖ πράξας ἀποστερηθῆναι χάριν, ἢ κακῶς, μὴ τυχεῖν κολάσεως. Καὶ συγγνώμην ἔφη διδόναι πᾶσι τοῖς ἁμαρτάνουσι, πλὴν αὑτοῦ. I. e. Sibi dicebat invidere aemulos, quod quotidie de nocte, et posthabitis rationibus suis privatis, vacaret reipublicae. Malle, ait, benefactis suis non haberi honorem, quam peccantem se non puniri. Veniam dare se, ait, omnium noxis praeterquam suis.

Id. ibid. c. 9.

Τῶν Ῥωμαίων εἰς Βιθυνίαν τρεῖς ἑλομένων πρέσβεις, ὧν ὁ μὲν ποδαγρικὸς ἦν, ὁ δὲ τὴν κεφαλὴν ἐξ ἀνατρήσεως καὶ περικοπῆς κοίλην εἶχεν, ὁ δὲ τρίτος ἐδόκει μωρὸς εἶναι, καταγελῶν ὁ Κάτων ἔλεγε, πρεσβείαν ὑπὸ Ῥωμαίων ἀποστέλλεσθαι, μήτε πόδας, μήτε κεφαλὴν, μήτε καρδίαν ἔχουσαν. I. e. Cum tres legatos populus Romanus in Bithyniam destinasset, quorum unus pedibus aeger erat, alter capite ex terebratione et insectione cavato, tertius videbatur amens, irridens Cato, legationem, ait, mitti a Populo Romano, quae nec pedes, nec caput, nec cor haberet. — Ὑπὲρ τῶν ἐξ Ἀχαΐας φυγάδων ἐν-

τευχθεὶς διὰ Πολύβιον ὑπὸ Σκηπίωνος, ὡς πολὺς ἐν τῇ συγκλήτῳ λόγος ἐγένετο, τῶν μὲν διδόντων κάθοδον αὐτοῖς, τῶν δ' ἐνισταμένων, ἀναστὰς ὁ Κάτων. Ὥσπερ οὐκ ἔχοντες, εἶπεν, ὃ πράττωμεν, καθήμεθα τὴν ἡμέραν ὅλην περὶ γεροντίων Γραικῶν ζητοῦντες, πότερον ὑπὸ τῶν παρ' ἡμῖν ἢ τῶν ἐν Ἀχαΐᾳ νεκροφόρων ἐκκομισθῶσι. Ψηφισθείσης δὲ τῆς καθόδου τοῖς ἀνδράσιν, ἡμέρας ὀλίγας οἱ περὶ τὸν Πολύβιον διαλιπόντες, αὖθις ἐπεχείρουν εἰς τὴν σύγκλητον εἰσελθεῖν, ὅπως ἃς πρότερον εἶχον ἐν Ἀχαΐᾳ τιμὰς οἱ φυγάδες ἀναλάβοιεν, καὶ τοῦ Κάτωνος ἀπεπειρῶντο τῆς γνώμης. Ὁ δὲ μειδιάσας ἔφη, τὸν Πολύβιον, ὥσπερ τὸν Ὀδυσσέα, βούλεσθαι πάλιν εἰς τὸ τοῦ Κύκλωπος σπήλαιον εἰσελθεῖν, τὸ πιλίον ἐκεῖ καὶ τὴν ζώνην ἐπιλελησμένον. I. e. De exsulibus Achaiae Polybii causa a Scipione interpellatus, ut magna disceptatio fuit in curia, his reditum iis in patriam concedentibus, illis denegantibus, exsurgens Cato: Quasi non sit, inquit, quid agamus, desidemus hic totum diem, de senibus Graeculis quaerentes, hic a nostris, an in Achaia a sandapilariis efferantur. Decreto his Graecis reditu, paucis diebus interpositis, quaerebat Polybius, iterum senatum sibi dari, ut pristinos honores reciperent exsules quos habuerant in Achaia, ac sententiam Catonis pertentabat. Qui arridens, Polybium, ait, sicut Ulyssem, iterum velle Cyclopis speluncam, quod pileum illic et cingulum per oblivionem reliquisset, subire. — *Τοὺς φρονίμους ἔλεγε μᾶλλον ὑπὸ τῶν ἀφρόνων, ἢ τοὺς ἄφρονας ὑπὸ τῶν φρονίμων ὠφελεῖσθαι· τούτους μὲν γὰρ φυλάττεσθαι τὰς ἐκείνων ἁμαρτίας, ἐκείνους δὲ τὰς τούτων μιμεῖσθαι κατορθώσεις.* I. e. Sapientes, ferebat, maiorem fructum ab insipientibus, quam insipientes capere a sapientibus; hos enim perperam facta illorum devitare, illos horum non imitari

recte facta. — Τῶν νέων ἔφη χαίρειν τοῖς ἐρυθριῶσι μᾶλλον, ἢ τοῖς ὠχριῶσι. I. e. Iuvenes, dicebat, magis placere sibi qui erubescerent, quam qui pallescerent. — Στρατιώτην μὴ δεῖσθαι τὰς μὲν χεῖρας ἐν τῷ βαδίζειν, τοὺς δὲ πόδας ἐν τῷ μάχεσθαι κινοῦντος, μεῖζον δὲ ῥέγχοντος, ἢ ἀλαλάζοντος. I. e. Nolle militem se qui inter eundum manus in pugnando moveret pedes; qui steteret altius, quam in proelio clamaret — Τὸν ὑπέρπαχυν κακίζων· ποῦ δ᾽ἂν, ἔφη, σῶμα τοιοῦτο τῇ πόλει γένοιτο χρήσιμον, οὗ τὸ μεταξὺ λαιμοῦ καὶ βουβώνων πᾶν ὑπὸ τῆς γαστρὸς κατέχεται. I. e. Praepinguem quendam obterens: Ubi tale corpus, inquit, utile sit reipublicae, in quo, quod inter gulam et inguina interest spatii, omne occupat venter. — Τῶν φιληδόνων τινὰ βουλομένων αὐτῷ συνεῖναι παραιτούμενος, ἔφη, μὴ δύνασθαι ζῆν μετ᾽ ἀνθρώπου τῆς καρδίας τὴν ὑπερῴαν ἀναισθητοτέραν ἔχοντος. I. e. Cum voluptarius quidam contrahere cum eo cuperet consuetudinem, abnuens negabat vivere se posse cum homine, qui palatum, quam cor, haberet acriore sensu praeditum. — Τοῦ ἐρῶντος ἔλεγε τὴν ψυχὴν ἐν ἀλλοτρίῳ σώματι ζῆν. I. e. Amantis dicebat animum in alieno vivere corpore. — Μεταμεληθῆναι αὐτὸς ἐν παντὶ τῷ βίῳ τρεῖς μεταμελείας· μίαν μὲν, ἐπὶ τῷ γυναικὶ πιστεῦσαι λόγον ἀπόῤῥητον· ἑτέραν δὲ, πλεύσας, ὅπου δυνατὸν ἦν πεζεῦσαι· τὴν δὲ τρίτην, ὅτι μίαν ἡμέραν ἀδιάθετος ἔμεινεν. I. e. Trium se per totam vitam poenituisse: Unum, quod mulieri arcanum credidisset; alterum, quod navigasset, quo ire poterat pedibus; tertium, quod unum diem per incuriam inanem effluere pateretur. — Πρὸς πρεσβύτην πονηρευόμενον· Ἄνθρωπε, εἶπε, πολλὰ ἔχοντι τῷ γήρᾳ τὰ αἰσχρὰ μὴ προστίθει τὴν ἀπὸ τῆς κακίας αἰσχύνην. I. e. Ad senem improbe agentem: Tu,

inquit, bone vir, senectuti multis obnoxiae probris noli turpitudinem adiungere vitii. — Πρὸς δήμαρχον ἐν διαβολῇ μὲν φαρμακείας γενόμενον, φαῦλον δὲ νόμον εἰσφέροντα καὶ βιαζόμενον· Ὦ μειράκιον, εἶπεν, οὐκ οἶδα, πότερον χεῖρόν ἐστιν, ὃ κύρνης πιεῖν, ἢ ὃ γράφεις κυρῶσαι. I. e. Ad tribunum plebis, qui veneficii infamia opertus perniciosam legem magna vi promulgabat: Haud scio, inquit, adolescens, utrum peius sit, quod misces, potare, an sancire, quod promulgas. — Βλασφημούμενος ὑπ' ἀνθρώπου βεβιωκότος ἀσελγῶς καὶ κακῶς· Ἄνισος, εἶπεν, ἡ πρός σέ μοι μάχη ἐστίν· καὶ γὰρ ἀκούεις τὰ κακὰ ῥαδίως, καὶ λέγεις εὐχερῶς, ἐμοὶ δὲ καὶ λέγειν ἀηδὲς, καὶ ἀκούειν ἄηθες. I. e. Proscissus convicio ab homine obscoenae et improbae vitae: Iniqua, inquit, tecum mihi pugna est; nam et male audis facile, et dicis promte; mihi tum dicere molestum est, tum audiendi sum insolens. — C. 10. Αἰτούντων (τῶν Κελτιβήρων) τῆς βοηθείας διακόσια τάλαντα μισθὸν, οἱ μὲν ἄλλοι πάντες οὐκ ἀνασχετὸν ἐποιοῦντο, Ῥωμαίους βαρβάροις ἐπικουρίας μισθὸν ὁμολογῆσαι. Ὁ δὲ Κάτων οὐδὲν ἔφη δεινὸν εἶναι· νικῶντας μὲν γὰρ ἀποδώσειν ἀπὸ τῶν πολεμίων, οὐ παρ' αὐτῶν· ἡττημένων δὲ, μήτε τοὺς ἀπαιτουμένους ἔσεσθαι, μήτε τοὺς ἀπαιτοῦντας. I. e. Celtiberis auxilii ferendi ducenta talenta mercedem postulantibus, cum alii omnes foedum dicerent esse, cum barbaris Romanos de opis ferendae pacisci mercede, negavit quidquam incommodi esse Cato; quippe si vicissent, soluturos ab hostibus, non ab se; sin essent victi, non fore, nec a quibus exigeretur, nec qui exigerent. — C. 11. Σχετλιάζοντα τὸν Σκηπίωνα κατειρωνευόμενος, οὕτως ἔφη τὴν Ῥώμην ἔσεσθαι μεγίστην, τῶν μὲν ἐνδόξων καὶ μεγάλων τὰ τῆς ἀρετῆς πρωτεῖα μὴ μεθιέντων τοῖς ἀσημοτέροις, τῶν

δ', ὥσπερ αὐτός ἐστι, δημοτικῶν ἁμιλλωμένων ἀρετῇ πρὸς τοὺς τῷ γένει καὶ τῇ δόξῃ προήκοντας. I. e. Ob quas res (in Hispania gestas) indignantem Scipionem irridens: Ita demum, ait, magnam Romam fore, si clari et summi viri virtutis primas non concederent obscurioribus, plebeiique, qualis ipse esset, cum illis, qui nobilitate et claritate emineant, contenderent de virtute. — C. 15. Λέγεται νεανίσκῳ τινὶ, τεθνηκότος πατρὸς ἐχθρὸν ἠτιμηκότι, καὶ πορευομένῳ δι' ἀγορᾶς μετὰ τὴν δίκην, ἀπαντήσας ὁ Κάτων δεξιώσασθαι, καὶ εἰπεῖν· ὅτι ταῦτα χρὴ τοῖς γονεῦσιν ἐναγίζειν, οὐκ ἄρνας, οὐδ' ἐρίφους, ἀλλ' ἐχθρῶν δάκρυα καὶ καταδίκας. I. e. Dicitur Cato, cum in adolescentem, qui defuncti patris inimicum involverat infamia, in foro post iudicium ambulantem incidisset, dextra data dixisse, ita parentibus esse parentandum, non agnis, non hoedis, sed inimicorum lacrimis damnationibusque. — C. 19. Πρὸς τοὺς θαυμάζοντας, ὅτι, πολλῶν ἀδόξων ἀνδριάντας ἐχόντων, ἐκεῖνος οὐκ ἔχει· Μᾶλλον γὰρ, ἔφη, βούλομαι ζητεῖσθαι διὰ τί μου ἀνδριὰς οὐ κεῖται, ἢ διὰ τί κεῖται. I. e. ad eos, qui mirabantur, cum statuas multi homines obscuri haberent, eum non habere: Malo, inquit, quaeri, quare nulla mea statua exstet, quam quare exstet. — Καὶ πλεῖστα πάντων ἑαυτὸν ἐγκεκωμίακεν, ὅς γε καὶ τοὺς ἁμαρτάνοντάς τι περὶ τὸν βίον, εἶτ' ἐλεγχομένους, λέγειν φησὶν, ὡς οὐκ ἄξιον ἐγκαλεῖν αὐτοῖς· οὐ γὰρ Κάτωνές εἰσι· καὶ τοὺς ἔνια μιμεῖσθαι τῶν ὑπ' αὐτοῦ πραττομένων οὐκ ἐμμελῶς ἐπιχειροῦντας, ἐπαριστεροὺς καλεῖσθαι Κάτωνας. Ἀφορᾶν δὲ τὴν βουλὴν πρὸς αὐτὸν ἐν τοῖς ἐπισφαλεστάτοις καιροῖς, ὥσπερ ἐν πλῷ πρὸς κυβερνήτην· καὶ πολλάκις μὴ παρόντος ὑπερτίθεσθαι τὰ πλείστης ἄξια σπουδῆς. I. e. Plurimus fuit in se ipso praedicando. Quippe

eos, qui in vita quid titubaverant, mox reprehendebantur, dicere ait solitos, immerito se culpari, qui Catones non essent; illos autem, qui facta quaedam sua imitari studerent inepte, sinistros Catones appellari. Senatum perculosissimis temporibus ad se, sicut in naufragio ad gubernatorem respicere, crebroque absente se res gravissimas protrahere. — C. 20. Τὸν τύπτοντα γαμετὴν, ἢ παῖδα, τοῖς ἁγιωτάτοις ἔλεγεν ἱεροῖς προσφέρειν τὰς χεῖρας. Ἐν ἐπαίνῳ δὲ μείζονι τίθεσθαι τὸ γαμέτην ἀγαθὸν, ἢ τὸ μέγαν εἶναι συγκλητικόν. Ἐπεὶ καὶ Σωκράτους οὐδὲν ἄλλο θαυμάζειν τοῦ παλαιοῦ, πλὴν ὅτι γυναικὶ χαλεπῇ καὶ παισὶν ἀποπλήκτοις χρώμενος ἐπιεικῶς καὶ πρᾴως διετέλεσε. I. e. Eum qui liberos vel coniugem caederet, sanctissimis rebus dicebat afferre manus. Maiorem laudem esse boni mariti, quam boni senatoris. Neque vero Socratem veterem esse sibi ob quidquam aliud admirationi, quam quod cum muliere morosa stupidisque liberis perpetuo vixisset placide et comiter. — C. 25. Φησὶ δυσὶ κεχρῆσθαι μόνοις πορισμοῖς, γεωργίᾳ καὶ φειδοῖ. I. e. Duobus generibus dumtaxat quaestus ait se usum, agricultura et parsimonia.

Plutarch. Apophthegm. Regum etc.

Ἔφη δὲ βούλεσθαι μᾶλλον εὐεργετήσας μὴ κομίσασθαι χάριν, ἢ μὴ ὑποσχεῖν κόλασιν ἀδικήσας, καὶ πᾶσιν ἀεὶ τοῖς ἁμαρτάνουσιν χωρὶς ἑαυτοῦ δοῦναι συγγνώμην. I. e. Aiebat, malle se nullam pro beneficio collato gratiam adipisci, quam ob delictum non dare poenam; omnibusque se peccantibus, se uno excepto, ignoscere. — Παρορμῶν δὲ τοὺς ἄρχοντας ἐπιτιμᾷν τοῖς ἁμαρτάνουσιν, ἔλεγε· Τοὺς δυναμένους κωλύειν τοὺς κακῶς ποιοῦντας, ἐὰν μὴ κωλύωσι, κατακελεύειν. I. e. Instigans magistratus ad imponenda sontibus supplicia dicebat: Eos qui

male agentes prohibere possent, neque id facerent, eorum flagitiis assentiri. — Κάκιστον δὲ ἔλεγεν ἄρχοντα εἶναι, τὸν ἄρχειν ἑαυτοῦ μὴ δυνάμενον. I. e. Pessimum esse principem, qui regere seipsum nequiret. — Μάλιστα δὲ ἐνόμιζε δεῖν ἕκαστον αὐτὸν αἰδεῖσθαι· μηδένα γὰρ ἑαυτοῦ μηδέποτε χωρὶς εἶναι. I. e. Unumquemque putabat, seipsum maxime revereri debere; nunquam enim esse sine seipso. — Φείδεσθαι δὲ τῆς ἐξουσίας παρεκάλει τοὺς δυναμένους, ὅπως ἀεὶ παραμένῃ τὸ ἐξεῖναι. I. e. Parce uti potestate sua iubebat potentes, ut liceret eam semper habere. — Τοὺς δὲ τῆς ἀρετῆς τὴν τιμὴν ἀφαιροῦντας, ἔλεγε, τὴν ἀρετὴν ἀφαιρεῖν τῆς νεότητος. I. e. Qui virtuti honorem detraherent, eos aiebat virtutem adolescentiae adimere. — Τὸν δὲ ἄρχοντα ἢ κριτὴν ἔλεγε δεῖν μήτε ὑπὲρ τῶν δικαίων λιπαρεῖσθαι, μηδὲ ὑπὲρ τῶν ἀδίκων ἐκλιπαρεῖσθαι. I. e. Magistratum aiebat et iudicem debere neque opus habere exhortatione ad iuste, neque pati exhortando se permoveri ad iniuste agendum. — Τὴν δὲ ἀδικίαν, ἔλεγε, τοῖς ἀδικοῦσι κἂν μὴ φέρῃ κίνδυνον, ἅπασι φέρειν. I. e Iniuste facta, ut auctori non sint, omnibus tamen esse periculosa. — Τὸν δὲ ὀριζόμενον ἐνόμιζε τοῦ μαινομένου χρόνῳ διαφέρειν. I. e. Iratum ab insano tempore duntaxat differre. — Ἥκιστα δὲ φθονεῖσθαι τοὺς τῇ τύχῃ χρωμένους ἐπιεικῶς καὶ μετρίως· οὐ γὰρ ἡμῖν, ἀλλὰ τοῖς περὶ ἡμᾶς φθονοῦσι. I. e. Minime invideri iis, qui fortunam aequo animo et moderate ferrent; non enim nobis, sed iis quae circa nos sunt, invideri. — Τοὺς δὲ σπουδάζοντας ἐν τοῖς γελοίοις, ἔλεγεν ἐν τοῖς σπουδαίοις ἔσεσθαι καταγελάστους. I. e. Qui ridiculis rebus seriam impenderent operam, eos aiebat in rebus seriis fore ridiculos. — Τὰς καλὰς πράξεις ἔλεγε δεῖν καταλαμβάνειν λόγους καλούς,

ἵνα μὴ τῆς δόξης ἀποῤῥέωσιν. I. e. Honestas actiones, ne earum fama efflueret e memoria confirmandas aliis esse honestis actionibus. — Τιμητίαν δὲ μετιὼν, καὶ τοὺς ἄλλους ὁρῶν δεομένους τῶν πολλῶν καὶ κολακεύοντας, αὐτὸς ἐβόα· Τὸν δῆμον ἀποτόμου χρείαν ἔχειν ιατροῦ καὶ μεγάλου καθαρμοῦ· δεῖν οὖν μὴ τὸν ἥδιστον, ἀλλὰ τὸν ἀπαραίτητον αἱρεῖσθαι. Καὶ ταῦτα λέγων, ἡρέθη πρὸ πάντων. I. e. Censuram ambiens, cum ceteros videret rogare populum et adulari, ipse vociferatus est: populum opus habere acri medico et magna purgatione; non itaque blandissimum, sed inexorabilem aliquem et severissimum esse deligendum. Haec dicens prae omnibus est censor renunciatus. — Διδάσκων δὲ τοὺς νέους εὐθαρσῶς μάχεσθαι, πολλάκις ἔλεγε· Τοῦ ξίφους τὸν λόγον μαλλον, καὶ τὴν φωνὴν τῆς χειρὸς τρέπειν καὶ καταπλήττειν τοὺς πολεμίους. I. e. Docens adolescentes audacter pugnare, dicebat saepe: sermone ac voce magis quam gladio et manu terreri fugarique hostem. — Τῶν δὲ στρατιωτῶν ἑκάστῳ λίτραν ἀργύρου διανείμας, φησὶ, Βέλτιον εἶναι πολλοὺς ἔχοντας ἀργύριον, ἢ ὀλίγους χρυσίον, ἀπὸ τῆς στρατίας ἐπανελθεῖν· τῶν δὲ ἀρχόντων οὐδὲν ἄλλο δεῖν ἐν ταῖς ἐπαρχαίαις ἢ τὴν δόξαν αὐξάνεσθαι. I. e. Militibus viritim libram argenti largitus, praestare dicit, multos a militia cum argento, quam paucos cum auro redire. Ducum enim nihil praeter gloriam debere in provincia augeri.

M. Catonis, filii, Praetoris fragmenta *).

M. Catonis nepotis fragmenta **).

Priscian. 3. p. 602. ed. Putsch.

A *Saepe* adverbio positivum vel comparativum nomen non legi, superlativum posuit Cato nepos de actionibus ad populum, ne lex sua abrogetur: Facile vobis in mentem veniat, Quirites, ex aere alieno in hac civitate et in aliis omnibus propter diem atque foenus saepissimam discordiam fuisse.

Festus sub *Magnificius*.

At nepos eius (Catonis) in ea *quam scripsit* . . . . . *tamen*, ait, cum aedilis *Curulis esset* . . . . . . *magnae matris* ludos *magnificentius*, *quam alii fecit*.

---

*) Gellius 13, 19, 9.: Maior Catonis filius, qui praetor designatus patre vivo mortuus est, et egregios *De iuris disciplina* libros reliquit. — Huc fortasse pertinet quoque fragmentum, quod supra Catonis fragmentis inserui p. 48. Fragmenta alia exstant tantum in libris Digestorum XXX, Tit. 1, §. 2. XXXIV. Tit. VII. XXXV. T. 1, §. 86. de regula Catoniana, aliisque locis librorum iuris, quos laudavit Oisel. ad Gell. l. l.; quae cum a iurisperitis tantum intelligantur, hic inserere alienum duxi.

**) Gell. l. l. 10. Is (M. Cato nepos) satis vehemens orator fuit, multasque orationes ad exemplum avi scriptas reliquit.

Corrigenda.

In ordinandis fragmentis ter inprimis esse peccatum in hisce plagellis intellexi. Quod p. 49. ex Mar. Victorino prolatum est fragmentum, non ad epistolas pertinet, sed ad fragmenta, quae p. 48. ex praeceptis ad filium de Oratore leguntur. — P. 86. verba *Iure - - struxit* delenda sunt, quippe quae p. 85. ex Festo iam leguntur. Item p. 82. del. vv. *Ut solent — ratis.* P. 28. versu 19. leg. *Pisculentum.* P. 47. v. 5 leg. *Iurarunt.* P. 74. v. 5. leg. *fortunatissimam.* P. 93. v. 13. a fine leg. *φαινόμενα.*

---

impressit Fridericus Ernestus Huth.

[illegible]
[illegible]

